PHARMACOPOEIA

AUGUSTANA

1597.

Pharmacopœa Augustana.

III a



The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
PHARMACOPOEIAS,
Augsburg

66244/D

T5

LONDON MEDICAL S

PHARMACOPOEIA,

SEV MEDICAMENTARIUM PRO REP. AUGUſTANA.

Summa diligentia nunc denuo recognita.



Anno

M. D. XCVII.

AMPLISSIMO PRV-
DENTISSIMOQVE IN-
CLYTÆ REIP. AV-
GVSTANÆ SE-
NATVI.

SVMMAE OBSERVAN-
TIÆ AC DEBITI OFFI-
CII ERGO.

HANC PHARMACO-
POEIAM IAM QVINTVM AD
VTILITATEM PVBLICAM
MVLTIS LVCVBRA-
TIONIBVS ELA-
BORATAM.

COLLEGIVM MEDI-
CVM STVDIOSE OF-
FERT AC DE-
DICAT.

ILLVSTRI
ET GENEROSO DOM.

OCTAVIANO SECVNDO FVGgero, Nobili & Ampliſſimo viro Dño QVIRINO Rehlingero II. viris, Septemuiris, Conſulibus, ac Senatoribus Inclytæ R. P. Auguſtanæ, Dominis ſuis colendis, Adolphus Occo Med. pacem & felicitatem perpetuam optat.

LIBER hic Medicamentarius, qui non ſine prudenti conſilio ante annos tres & triginta in hunc finem æditus fuerat, ut vrbis veſtræ pharmacopœi compoſitionum formulas tuto inde conſtruere poſſent, nunc quintum excuſus in publicum prodit. Illuſtres, nobiles, & Generoſi viri, patres ampliſsimi, domini reuerentia debita colendi. Non autem velim quiſquam alieni artificij temerarius aut inuidus exiſtimator ita in animum inducat, quaſi hunc ego aut popularis auræ cupiditate, aut captandæ beneuolentiæ, aut vtilitatis alicuius ſpecie in publicum rurſus protulerim. Totum enim illud quidquid eſt, ad Reip. ornamentum & patriæ vtilitatem veſtro quoque iuſſu confectum & prælo eſt ſubiectum, ea ſerie atq; ordine, quali in poſtrema illa fuerat æditione, neq; addito quoquam niſi maxime neceſſario, nec detracto, quod redundare poſſe forte videbatur. Etenim cum pharmacopœia hæc noſtra (cuius exempla modo deficiunt ac deſiderantur) viris doctis huc vſq; fuerit probata, quinetiam diuerſis hinc inde locis magnopere expetita, ne tranſuerſum ut dicitur vnguem (idq; veſtro iuſſu ac mandato) ab ea recedere volui. Nemo itaq; ut ſpero, tam

iniquus rerum æſtimator fuerit, ut hunc laborem improbare, mihiq́; arrogantiæ notam inurere velit, quaſi ſolus ego huius æditionis author, meo arbitrio in lucem denuo prodire voluerim, cum id omne veſtro iuſſui & voluntati imputari debeat. Hunc igitur fœtum aut partum veſtrum, ſeu rectius penu illud πάγκοινον ſcilicet, rurſus Generoſitati & Amplitudini veſtræ viri ſpectaſſimi conſecro dedicoq́;, haud immemor beneficiorum ſingulari veſtra beneuolentia & humanitate mihi huc uſque præſtitorum, quæ ſi obliuione aliqua præterirem, forem ego ſane non impudens ſolum, ſed & malicioſe ingratus dicendus. Itaque ad declarandam meam ergo amplitudinem veſtram gratitudinem & obſeruantiam, cum aliud quod rependam in præſentia non habeam, viſum mihi eſt, meam illam quantulamcunque opellam emendandis typis Calcographicis amplitudini veſtræ offerre, hanc vero (ne commendando ſim prolixior aut mihi ipſi Suffenas eſſe videar) indicari ab alijs malo, quam inepte à me prædicari. Et quia præteritis annis eandem hanc non ingratam, utpote maxime neceſſariam amplitudini veſtræ fuiſſe memini, ita omnino mihi perſuadeo, nunc etiam fore, ut ab amplitudine veſtra itidem probetur, ego ſane in hoc ipſo meo labore iudicia æſtimabo, non numerabo, quem ut æquo animo accipere, & me priſtino fauore & benignitate proſequi dignemini, etiam atque etiam peto, quod & impetraturum me pro ſumma veſtra beneuolentia & humanitate ſpero atque confido.

Valete viri ampliſsimi, Deus opt: max: largiatur ut Reipublicæ huic veſtræ ſalutaribus conſilijs quamdiutiſsime præ-

eſſe

eſſe poßitis, qui ſua vos gratia foueat & tueatur: conſilia, actiones, & euentus, in tota veſtra gubernatione Spiritu ſuo ſancto regat, prouehat, & fortunet, vobisq́; in æternum benedicat.

Auguſtæ Vindelicorum Anno M. D. XCVII. *VI. Idus* IVLII, *quo die Hadrianus Imp. cum Imperio annis penè viginti duob. præfuiſſet, ut uult Ael. Spartianus Bais deceßit, Puteolis ſepultus circa annum V.C.* 890. *Anno Chriſti* 139. *authore Cæſare Baronio, ut alij poſt natum Chriſtũ* 137. *alij* 138. *Trib. P.* XXII. *Imp.* II. *Coſ.* III.

AD. CL. V. D. ADOLPHVM OCCOnem Medicum, & Hiſtoricum:

DE PHARMACOPOEIA Reip. Auguſtanæ quintum in lucem edita.

Clio geſta canens multũ tibi debet Adolphe
Occo: minus debet nec Panacæa tibi.
Antè quidem priſcæ Romæ monumenta; monetis
Eruta; Cæſaribus publica facta ſuis:
Sed nunc in lucem mittis medicamina docta;
Quæ docet Auguſtæ Pharmacopœia tuæ.
Cuius ut es Præſes; ſic vrbs auguſtius hæc, me
Iudice, per te iam nomen in orbe tenet.

Nicol. Reiſnerus.

IN COMMENDATIONEM Pharmacopœiæ D. Adolphi Occonis Auguſtani.

Vidit ubi hũc librũ Medicorũ gloria Phœbus,
Mox ait ad Medicũ, qui tenet aſtra, chorũ:
Hic liber eſt cunctis ſummo celebrandus honore,
Quotquot mortali corpore membra fouent.
Nam licet in lucem Diſpenſatoria multa
Prodierint; vincit ſed tamen iſte liber,
Quem meus eximius cultor cõſcripſit Adolphus
Occo, decus patriæ Teutonicię, ſoli.
Corrigit errores aliorum, ponit omiſſa
Explicat obſcura, & nil niſi vera docet.
Hoc duce mortales poterunt depellere morbos
Diros, & verum noſſe ſalutis iter.
Annuit his Phœbo Nymphaq; Coronide natus:
Annuit & Medici cætera turba chori.

Iacobus Cellarius Auguſtanus.

DE DISPENSATORIO AVguſtano ad Adolphum Occonem.

Scitè aliquis: Medico penſa mercede, ſuperq;
Deberi miſti tecum animi precium
Docte Occo in commune facis, deuincitur hocce
Qua tibi ſæclum hominum. ſeraq; poſteritas
Conſeruas, profers, caute experiendo vetuſtas
Prudens quæ extudit, cognita quæq; tibi
Quo ſine, theſauri ceu occulti, quis foret uſus
Rerum, quas gremio terra miſerta hominum
Effundit largo? Deus at prouidit vtrumq;
Resq; opifex idem, qui dedit, iſta dedit.

Ioannes Viuianus Valentinianus.

AD PHARMACOP. Auguſtanos.

OMnia cum bona ſint mala plurima miſcet
abuſus
Sic mala mixta bonis ſunt bona mixta malis
Herbarum virtus ſi non dignoſcitur vſu
Solerti, dubius pharmaca finis habet
Laude ſua hinc vigeat viuatq́; induſtrius ardor.
Pharmacopæorum quem pia cura notat

Ἀρχιγένης.

Χαλεπὸν μὲν ἐστὶν ἄνθρωπον ὄντα, μὴ καὶ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ καὶ ἀμελεστέρως γράψαντα.

Ξενοφῶν.

Χαλεπὸν μὲν οὕτω τι ποιῆσαι ἔργον, ὥστε μηδὲν ἐξαμαρτάνειν: χαλεπὸν δὲ καὶ ἀμέμπτως τι ποιήσαντα, μὴ ἀγνώμονι κριτῇ περιτυχεῖν.

Ἄδηλον.

ῥᾴδιον μὲν τὸ ἀποτυχεῖν τοῦ σκοποῦ, χαλεπὸν δὲ τὸ ἐπιτυχεῖν, καὶ διὰ ταῦτ᾽ οὖν τῆς μὲν κακίας ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔλλειψις, τῆς δὲ ἀρετῆς ἡ μεσότης.

Præſtent meliora
periti,

PVLPÆ ET ELECTVARIA LENITIVA.

PVLPA CASSIAE fiſtulæ ſeu flores.

℞ Cannas ſeu ſiliquas Caſſiæ ponderoſas, & quæ concuſſæ non reſonant, aperi, & cõtentam in eis pulpam ſeu medullam cũ laminis & ſeminibus ſuis diligenter excaua, exẽpta proijce ſuper inuerſum & anguſtum cribrum, ſetis equinis contextum, cribrum deinde pone ſupra bulientis aquę vaporem, & auerſo cochlearis cõuexo, medullã Caſſiæ, hinc inde ducito, vt per cribrũ paulatim excernatur, & id quod excretum eſt, aut penetrauerit confeſtim ſubinde auferto, ne plus quam ex vſu ſit de aqueo vapore imbibat, idq; tam diu faciendum, donec quantũ voles collegeris. Porro cum neceſſitas requirit, ſemper recentes Caſſiæ flores exprime, diutius etenim repoſitę aceſcunt.

CASSIA Solutiua quæ & Siliqua & Fiſtula dicitur, fructus eſt cuiuſdam arboris in Ægypto, Syria, ac India prouenientis, eligenda non admodum craſſa, pellucens, recẽs, grauis, farcta, & quæ concuſſa incluſis ſeminibus minime perſtrepet. Pulpa excalfacit & humectat primo ordine, ſanguinem mundificat, eius acrimoniam compeſcit, ſitim ſedat. Ventriculum mundat, educens bilem & pituitam, pectus & guttur lenit, reſoluens abceſſus eius, confert Renum calori cum infuſo Glycyrrhizæ, & calculi generationem prohibet, datur in febribus acutis. Nam flauam bilem educit febreſq; inde natas mitigat, vide Norimbergenſium Antidotarium. fol: 88.

PVLPA TAMA-rindorum.

Extrahitur eodem modo vt pulpa Caſſiæ ſolutiuæ.

Palmularum genus eſt in India proueniens, quòd Græci à ſaporis acrimonia Oxyphœnica noſtri Palmulas Indicas appellant. Præſtant qui in obſcuro rubeſcunt, molles, recentes, & qui neruoſis quibuſdam villis fracti inueniuntur, refrigerant et ſiccant ordine ſecundo aut tertio, facultates eorum require apud Matthiolum.

PVLPA PRV-norum.

Prunorum magnorum acidorum & vinoſorum, quantitatem quam voles, & exemptis nucleis in fictili vitreato magno percoque, deinde per cribrum ſetaceum exprimito, expreſſam pulpam denuo lēto igne ad perfectā & iuſtam ſpiſſitudinem coquito, addēdo ſacchari tertiā partem ſeu ad Pulpæ libras decem ſacchari libras tres, ita enim melius conſeruatur ne ſitu corrumpatur.

PRVNA, Damaſcena aut Vngarica in vſu ſunt, atq; hæc plerumq; in cōpoſitiones Medicamentorum aſſumuntur. Prunorum pulpæ calorem & ſitim in febribus mitigat & extinguit.

DIACASSIA CVM Manna incerti autoris.

℞ Prunorum damaſcenorum vncias duas.
Florum Violarum Manipulum vnum ſemis.
Aquæ puræ vncias decem & octo.
Buliant vt artis eſt ad medietatis

etatis conſumptionem, cola & in colatura diſſolue:

Pulpæ Caſſiæ vncias ſex.
Tamarindorũ vnciam vnam.
Mannæ optimæ vncias duas.
Syrupi violati vncias quatuor
Sacchari Candi.
Penidij ana vnciã 1.
Violati vncias quat.
Confice vt eſt artis.

Hoc medicam. noſtris non eſt in vſu, poſſet tamen aliquando in vſum reuocari, cum mite & ſuaue ſit medicam, leniens, confert ijs qui dura ſunt aluo, hanc enim leniter & citra moleſtiam ſubducit, ac flauam educit bilem, febreſq; inde natas mitigat.

CASSIA EXTRACTA.

℞ Violariæ
Maluæ
Mercurialis
Betæ
Parietariæ
Florum violarum ana manipulum vnum.

Fiat omnium decoctio in aqua ſufficiẽti, cuius decocto Caſſia extrahatur & cannæ eius lauentur, deinde

℞ Pulpæ Caſſiæ cum hac decoctione extractæ & ad ſpiſſitudinem coctæ libram vnam.
Sacchari libram vnam ſemis.

Coque ad perfectionem vt eſt artis.

Huius vſus eſt potiſſimum in Enematibus, eandem tamen in bolo frequenter exhibeo, nam minus eſt flatulenta ipſo flore Caſſiæ, & magis emollit ac humectat.

ELECTVARIVM LENItiuum Florenzolæ.

℞ Paſ-

℞ Paſſularum enucleatarum vncias duas.
Capillorũ Veneris Adianti ni-
Violarum recentium (gri
Hordei mundi ana manipulum vnum.
Iuiubarum
Sebeſten ana numero viginti.
Glycyrrhizæ vnciam ſemis.
Prunorum enucleatorum
Tamarindorum ana drachmas ſex,
Senæ foliorum
Polypodij ana vncias duas.
Mercurialis manip. vnum ſemis.

Decoquantur vt artis eſt in ſufficienti aqua, cola & in colato diſſolue.

Pulpæ Caſſiæ
Tamarindorum
Prunorum.
Sacchari optimi
Sacchari violati ana vncias ſex.
Pulueris Senæ vncias tres ſemis

Fiat electuarium vt eſt artis:

Idipſum Medicam, paratur etiam ſine folijs Senæ ſub nomine Diaſena recens Rhaſis, cuius vſus eſt in febribus ex humorũ putredine natis & Pleuritide, emollit aluum & vtramq; bilem ſine moleſtia & innoxie educit. De modo componendi, vide Florentinorum Antidot: fol: 226. & Norimb: fol: 90.

Iuiubæ, Græcis Zizypha, Galeno Serica dicũtur, fructus cuiuſdam arboris peregrinæ, in calid: & hum: ſunt temperati, ad pectoris & pulmonis vicia conferunt, Renum inſuper & Veſicæ vicijs proſunt, Sanguinem incraſſant. Matthiolus.

Sebeſten, Myxa Græcis & Myxaria, fructus ſunt ex arbore pruno propemodum ſimili, prunis paruis haud diſsimiles, caliculo quodam vt glandes, ima parte colligati, nucleo intus triquetro, guſtu prædulci, lenta tenaciq; pulpa, deiectoria facultate pollente. Vtiliter dantur ex bile febrientibus

entibus, linguæ aſperitatem leniunt, pectori atq; tuſsi opitulantur, ventris tineas pellunt, vrinæ ardori à bile aut pituita ſalſa contracto meden- tur, eligenda ſunt plena, pinguia, & carnoſa, quæ- que ſitum non redolent, nec teredinem ſenſerunt. Hæc Matthiolus.

ELECTVARIVM lenitiuum de Manna Ni- colai Alexandrini.

℞ Prunorum damaſcenorum numero viginti.
Violarum vnciam vnam.
Capillorum Veneris
Ceterach
Lichenis, ſeu Hepaticæ ana drachmas tres.
Seminum Cucurbitæ
Cucumeris
Melonum
Citruli ana vnciam vnam.

Coquantur in aqua ſufficiente ad medietatis cõſumptionem, exprimantur & colentur, in colato diſſolue.

Mannæ optimæ & puriſſimæ.
Conſeruæ violarum
Pulpæ Caſſiæ ana vnciã vnam
Sacch. albiſſi. libras quatuor.

Coquantur ad mellis cõſiſtẽtiam, ad extremum ſubſequẽtes pulueres paulatim inſpergantur.

Seminum Melonum
Cucumeris
Cucurbitæ
Citruli excorticat.
Florum violarum
Nymphеæ.
Seminum Lactucæ
Scariolæ

Portulacæ
Rhabarbari electi
Foliorum ſennæ ana vnciam vnam.

Pulueriſentur ſimul omnia & cum prædictis miſceantur fiat Elect. in bona forma.

Prodeſt ad purgandum ſanguinem, flauam & atram bilem reprimendam, ad iecur calefactũ, & vniuerſi corporis purgationem.

De Manna conſule Matthiolum & Donatũ ab Alto Mari, tractatu proprio de Manna edito.

DIAPRVNIS Simplex.

℞ Pulpæ prunorum, cum Saccharo coct. libras duas.
Sacchari puriſſimi librã vnã coque parum.

DIAPRVNIS LENITIuum ſeu Diadamaſcenon Nicolai.

℞ Prunorum damaſcenorũ numero centum.

Coquãtur perfecte in aqua ſufficienti, deinde cribro raro tranſmittantur & reſeruata pulpa decoctioni affunde.
Violarum vnciam mediam.
Buliant ſufficienter & colentur, colaturæ addantur.
Sacchari libræ duæ.
Pulpæ ſupradictæ libra vna.
Pulpæ Caſſiæ
Tamarindorum ana vncia vna.

Coquantur lento igni, & addantur ſubſequẽtes pulueres tenuiſſime triti ſemꝑ mouendo.

℞ Santalorum alborum
rubeorum.

Spo-

Spodij de ebore.
Rhabarbari
Cinamomi ana drach. tres.
Roſarum
Violarum
Seminum Portulacæ
Scariolæ
Berberis
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ ana drach. duas.
Semin. Citrulli
Cucumeris
Cucurbitæ
Melonũ ana drach. 1.
Contundantur & miſceantur vt ſupra.

Commendatur ad febres acutas, ardentes, omneſq; alias, tertianas continuas, hecticas, maraſmodes, Lipyrias, Cauſum, & Synochum, & ad omnem febrilem affectum in principio, augmento, & ſtatu ægritudinis. Solutiuum vero in eiuſmodi morbis cauendũ. Pharmacopæi noſtri paulo aliter & maiore forte compendio, quàm à Nicolao annotatum ſit hoc medicam, præparare ſolent. Violarum enim vnciam vnã ſemis, in aquæ puræ vncijs decem & octo ad tertias decoquunt, cum eius decocti portione aliqua, extrahunt Caſſiam & Tamarindos, decoquunt ad iuſtam conſiſtentiam, cum reſiduo decocto Sacchari libram vnam & ſemis ad ſpiſsitudinem decoquunt, addẽdo Diaprunis ſimplicis ſeu pulpæ prunorum ſine ſaccharo libram vnam, pulpæ Tamarindorum & Caſsiæ ana vnciam vnam, vbi ad iuſtam conſiſtentiam fuerint redacta, adijciunt reliquos pulueres. Melius tamen fuerit ſi prunorum recentium pulpa nouiter extracta per ſe inſpiſſetur, & tum ad librã vnam pulpæ, ſacchari libræ duæ, & reliqua adijciuntur, & cõponuntur vt artis eſt.

DIACATHOLICON
ſeu Antidotus catholica Nicolai Præpoſiti.

℞ Polipodij quercini libram ſemis.
Decoquatur in aquæ communis

munis ſufficiente quantitate, ſeu menſuris noſtratibus quatuor, ad medietatis cõſumptionem, cum eius decocti quãtitate ſufficiente extrahe.

Pulpæ Caſſiæ
Tamarindorum ana vncias quatuor.

Inſpiſſentur pulpæ donec ad iuſtam conſiſtentiam fuerint redactæ, deinde cum reſiduo decocto diſſolue.

Sacchari libras quatuor.
Penidiorum
Sacch. candi ana drach. 2.

Coquantur ſimul ad ſyrupi conſiſtentiã, vbi paululum refrixerit, adde pulpam Caſſiæ & Tamarindorum probe agitando, poſtremo ſubſequentes pulueres paulatim inſperge & confice elect. vt eſt artis.

℞ Senæ vncias quatuor.
Rhabarbari
Violarum
Polypodij
Aniſi ana vncias duas.
Glycyrrhizæ drach: duas.
Seminum Cucurbitæ
Melonis
Citruli
Cucumeris ana vnciam ſemis.

Pulueriſentur ſimul omnia & miſceantur vt ſupra.

Iſte modus componendi pharmacopœis noſtris eſt vſitatus, nec differt ab alijs niſi forma cõpoſitionis, cum quidam velint Rhabarbarum per ſe, non tamen tenuiſsime terendum, & ſem: frigida maiora cum ſaccharo & penidijs incidenda ne pingueſcant, ſed reuera optimus modus eſt, ſi cum Senæ folijs ſingula prædicta terantur, demptis

penidijs & ſaccharo candi quæ commodius cum ſaccharo communi diſſoluuntur & coquuntur ad ſyrupi conſiſtentiā, quibus demum adduntur pulpæ Caßiæ & Tamarindorum, ubi percocta fuerint, ad extremum pulueres adijciuntur, piſtillo ligneo probe permiſcendo, & fit elect. ſuaue ac mite, quod confert acutis & peracutis morbis, emollit, alterat, robur addit iecinoroſis & lienoſis, Arthriticis, Tertianis, Quartanis, & Quotidianis, doloribus item capitis ſucurrit, uniuerſos deniq; corporis humores blande & innoxie educit, & eſt in multiplici apud nos uſu. Aduertendum quod quædam exemplaria addunt Polypodio decoquendo pro libra dimidia, ſem. fœniculi unciam unam, & tum erit efficatius. Aliam compoſitionis formulam uide apud Norimb. fol. 91.

HIERA PICRA GAleni quam ſimplicem vocant.

℞ Cinamomi
Xylobalſami
Aſari
Spicæ Indicæ
Maſtiches Chiæ
Croci ana drach. ſex.
Aloes non lotæ triplum, id eſt, drach. cētum ſeu vncias duodecim ſemis.
Mellis deſpumati libras quatuor vncias tres,
Fiat Electuarium.

Lignum Aloes Norimb. ſubſtituunt.

Deſcribitur à Gal. VII. Methodi medendi & ἐν κατὰ τόπους & ς' ὑγιεινῶν.

Pro Xylobalſamo ſubſtituo Cubebas. Norimb. Lignum Aloes.

Pro aloes & croci doſi uel augenda uel minuenda prudentis medici iudicium eſto, habentur & ſpecies illæ ſine aloe. Vide modum compoſ. apud Norimb. fol. 105.

Optimum eſt medicam. ad uitioſos ſuccos, qui in uentriculi tunicis hærent. Vtiliter exhibetur ijs qui ſuffuſorum imagines, & alij ſymptomata ex ſtomachi uicio patiuntur, & præterea ijs qui aluo ſunt adſtricta, & mulieribus quæ non probe purgātur. doſis ad drachmas duas ſpecierum, in elect. ad unciam unam.

ELECTVARIA SOLVTIVA.

DIAPRVNIS SOLVtiuum Nicolai.

℞ Diaprunis Lenitiui adhuc recentis & calidi lib.quatuor.
Scammoneæ prœparatæ vncias duas. Miſce.

Scammonij præparatio.

℞. *Scammonij electi libras quatuor.*
Succi Cydoniorum libras duas, vncias duas.
Corticum Myrobalanorum citrinorum.
Maſtiches ana vncias duas.

Myrobalani contuſi infundantur ſucco cydoniorum, loco calido donec humorem imbibant, tum addatur Scāmonium per ſe tritum in mortario inuncto oleo amygdalarum dulcium, & Maſtiche, fiant Trochiſci ut eſt artis.

De Scammonio conſule Matthiolum, Confert morbis à bile genitis, in febribus tamen cauendum.

ELECTVARIVM DE SEbeſten Barth. Montagnanæ.

℞ Sebeſten ſine nucleis.
Prunorum ſiccorū enucleat.
Pulpæ Tamarindorum ana vncias quinq;
Aquæ Violarum lib. vnam.
Ireos.
Succi Angurię ana vncias ſex.
Succi mercurialis depurat. vncias quatuor.
Penidiorum vncias octo.
Sem. Cucumeris, Cucurbitæ, Melonum — excorticatorum.
Citruli ana vncias duas
Diagridij drach. tres

Coquantur Tamarindi Sebeſten & pruna in aquis ſtillaticijs & diſſoluta commiſceātur

tur cũ ſuccis addẽdo. Diaprunis ſimplicis ſeu pulpę prunorum libram vnam ſemis. Poſtea addantur penidia & his diſſolutis reliqua cõmiſceantur, & fiat Electuarium.

Pondera in quibuſdã exemplaribus variant, P:C.ponit Penidiarum uncias quatuor, ſem.cucurbitæ, cucum.melonis & citruli ana unciam j. Diagridij drach.tres ſemis.

Confert febribus bilioſis interpolatis ac continuis exquiſitis, febriumq́; vehementiam ſedat, ſitim extinguit, vigilias arcet, & acres humores per urinam educit, datur à drachmis quatuor ad decem vel plures in robuſtis.

Anguria eligenda qualem deſcribit Matthiolus, folio colocynthidis medicamentoſæ, maiore, aſpero, & per ambitum diuiſo, flore aureo, fructu magnitudine mirum in modum extuberante, ponderoſo, ſubrotundo, cortice leui, herbaceo colore, maculoſo, & ea parte qua humi iacet albicante, ſemine, vel nigro vel rubro, & eſt Hetruſcorum cucumis, qui in ventrem creſcit, vocatur & Albateca & Batega & Melon Indus.

DIAPHOENICON
Meſuæ.

℞ Dactylorum citrinorum enucleatorum ac tribus diebus in aceto maceratorum drachmas quinquaginta, id eſt, vncias ſex, drach.duas.

Penidiorum drachmas viginti quinq;, id eſt, vncias tres & drachmam.

Amigdal.dulcium drachmas quindecim.

Turbith electi drach.decem & ſeptem & ſemis.

Diagridij drach.ſex

Zingiberis

Piperis longi

Foliorum rutæ ſiccatorum

Cinamomi

Macis

Ligni aloes

Aniſi

 Fœni-

Fœniculi
Dauci
Galangæ ana ſcrup.quatuor.
Mellis deſpumati triplum.
Fiat Electuarium.

Febribus compoſitis, & diuturnis auxiliatur, bilem namq; flauam & pituitam ſine moleſtia educit, item doloribus uentriculi, & id genus alijs uicijs ex crudis humoribus ortis. Vide Antidotarium Florentinorum.

ELECTVARIVM Maius Hamech Meſuæ.

℞ Mirobalanorum citrinorũ vncias quatuor
Chebulorum
Indorum
Rhabarbari electi ana vncias duas.
Agarici
Colocynthidis
Polypodij ana drach.decem & octo.
Abſinthij
Thymi
Senæ ana drach.ſex, alij ſeptem, alij vnciam.
Violarum drach.quindecim.
Epithymi vncias duas.
Seminum Aniſi
Fœniculi
Roſarum rubearũ ana drach. ſex.
Succi fumi terræ lib.vnam.
Prunorũ numero ſexaginta.
Paſſularũ enuclea. vncias ſex.

Macerentur omnia in ſero lactis Caprini ſufficiẽte, in vaſe vitreato anguſti orificij bene obturato, loco tepido per dies

dies quinque. Poſtea ferueant vna aut altera ebulitione, manibus fricẽtur & colentur, colati parte aliqua ſeruata pro Manna diluenda & pulpis extrahendis reſiduo adde

Sacchari albi lib. vnam ſemis.

Diſſoluatur in infuſione ferueſacta & colata, & ad iuſtam conſiſtẽtiam decoquatur, deinde adde Mannæ electæ cum ſuperiore decocto dilutæ vncias duas.

Pulpæ Caſſiæ vncias quatuor.
Tamarindorum vncias quinq;.

Redigantur ſimul ad iuſtam conſiſtentiã, deinde paulatim ſubſequentes pulueres inſperge rudicula ſemper agitando.

Scammonij præparati ſeor: ſim in puluerẽ redacti vnciã vnam & ſemis.

Myrobalanorũ Citrinorum
Chebulorum
Indorum ana vnciam ſemis.
Bellirícorũ
Emblicorũ

Rhabarbari
Sem. fumi terrę ana drach. tres
Aniſi
Spicę Indicæ ana drach. duas.

Fiat electuarium ut eſt artis.

Seri caprini libras duodecim, uel plures etiam plerumq; aſſumunt pharmacopæi pro infuſione ſimplicium. Artificioſa eſt compoſitio huius medicam. proinde diligentia opus eſt in parando. purgat utramq; bilem & pituitam ſalſam, ob id morbis inde natis, impetigini ſcabiei, elephantiæ, cancro exedenti, & ſimilibus mire confert, in ſumma, omni fæditati à bilioſis & aduſtis humoribus procreatæ conuenit, in Quartanis feliciter

datur cum Hellebori decocto, cuius talis eſt deſcriptio.

℞ Corticum rad. Hellebori nigri præp. drach. duas.

Sem. Aniſi

Fœniculi ana drachmam unam.

Cinamomi.

Caryophyllorum ana grana tria.

Fiat infuſio ſ. a. cuius doſis vnciæ tres.

Item alia.

Cort. Hellebori nigri ſcrup. quatuor.

Sem. Aniſi.

Citri

Caryophyllorum ana drach. ſemis.

Fiat decoctio ut eſt artis.

℞ Huius decocti uncias quatuor.

Hamech vnciam ſemis.

Syrupi de fumoterræ compoſiti vnciam unam.

Miſce, datur in febribus Quart. & humoribus aduſtis ut Gallico & alijs.

INDVM MAIVS Meſuæ.

℞ Cinamomi
Caryophyllorum
Spicæ Indicæ
Roſarum
Caſiæ ligneæ veræ.
Macis
Cyperi rotundi ana vnciam ſemis
Santalorum citrinorũ drach. duas ſemis.
Turbith optimi vncias ſex, drach. duas.
Ligni aloes.
Nucis moſchatæ ana drach. 2.
Sacchari
Penidiorũ ana drach. viginti.
Galangæ
Cardamomi maioris
Minoris.
Aſari
Maſtiches ana drach. vnam ſemis.
Diagridij vnciam vnã ſemis.

Omnia

Omnia terantur & cũ oleo amygdal. dulcium fricentur, & cũ ſubſequenti ſyrupo conficiantur.

℞ Succi Cydoniorum
Granatorum
Apij
Fœniculi omniũ depuratorum ana librã ſemis.

Mellis deſpumati optimi libras quatuor & ſemis. (alij libras tres & vncias tres.

Decoquantur ſucci cũ melle ad ſpiſsitudinem iuſtam ut eſt artis, deinde miſceãtur ſpecies.

Excrementa humorum maxime pituitoſorum ac putridorum à ventriculo & alijs nutritorijs inſtrumentis educit: craſſos etiam in ijs flatus diſcutit, viciaq; hinc nata, nempe inflationem ventriculi, coli, renum, & aliorum viſcerũ ſanat.

Cardamomum Græcorum aut illud ipſum eſt quod noſtri ſimpliciter Cardamomum vocant, aut recte pro eo uſurpari poteſt. Arabum Sacolla, apud Actuarium Cacula, Cachrys, & capſicũ, pro eo ſubſtituo Melegetã, quæ & Nux ſarca & nuce ſarcas quaſi nux Cachria vel Cachrys. καρδάμομον κακȣ̃λα, καχρία δὲ κακȣ̃λά τὸ μέγα. *Plura qui deſiderat legat annotationes in priore editione. Anni 1574. pag. 457.*

DIASENA
Nicolai.

℞ Senæ	vncias tres.
Auellanarum toſtarũ numero quinquaginta.	
Serici toſti	drach. duas.
Lapidis Armeni loti	drachmã
Lazuli loti	drach. tres
Sacchari	vncias ſex.
Cinamomi	vnciam vnam
Caryophyllorum	
Galangæ	
Piperis	

Spicæ

Spicæ Indicæ
Ocimi
Foliorum Caryophyllorum, folij, aut Caſsiæ ligneæ veræ.
Cardamomi
Croci
Zingiberis
Zedoariæ
Florum Roſmarini
Piperis longi ana drach. duas.
Mellis deſpumati lib. duas.
Miſce, fiat electuarium.

Lapis armenus, dictus quod ex Armenia afferebatur, laudatur leuis, colore cæruleus, perquã æquabilis, calculo carens et friabilis. Fuchſius aſſerit compluribus Germaniæ noſtræ locis lapidem illi congenerem prouenire, uiridem eſſe colore ad cæruleum inclinante. Viribus etiam non diſcrepare quod atra bile uexatis, ijs uomitum & aluum ciens, maxime conferat, porrò cum mihi nondum ſit cognitus, ego pro eo lapidem Lazuli ſubſtituo.

Lapis lazuli Cyanus uel Cæruleus, Meſue lapis ſtellatus dicitur, quod in eius fracturis ueluti ſtellæ quædam aureæ radiantes & ſplendentes ſcintillent, duplex eſt, natiuus & factitius, natiuo tantum utendum, eligendus eſt ſaturo colore, poſtquam bene lotus fuerit. Lauatur autem minutiſsime confractus aquæ iniectus & manibus confricatus & agitatus, deinde ubi ſubſederit aqua effunditur, idq; toties repetitur, donec aqua pura emanet.

Sericum ſic torretur. Folliculi recentes cum glomere ſerici quo ueſtiuntur, detracta interna pellicula, & exemptis uermibus, urantur in olla carbonibus impoſita, ſeu melius in furno, idq́;, non ut in cinerem redigantur, ſed eximuntur, cũ ea acceſsit uſtio, ut commode teri poſsint.

BENEDICTA LAxatiua Nicolai.

℞ Turbith electi.
Sacchari ana drach. decem.
Diagridij
Eſulæ præp. (Mant. omittũt.)
Hermodactylorum
Roſarum ana drach. quinq;.

Caryo-

Caryophyllorum
Spicæ Indicæ
Zingiberis
Croci
Saxifragiæ veræ
Piperis longi
Amomi veri pro eo Aſarum
Cyperū aut Calamum arom.
Cardamomi minoris
Sem. Apij
Petroſelini
Granorum ſolis
Fœniculi
Aſparagi
Carui
Ruſci
Salis gemmæ
Galangæ
Macis ana drach. vnam.

Mellis deſpumati optimi quantum ſatis eſt, ſeu libram vnam ſemis.

Fiat electuarium ut eſt artis.

Humores pituitoſos ad articulos potiſsimum decumbentes elicit. A renibus quoq; & veſicæ purgat.

Eſulæ præparatio.

Eſulæ radices bene mundas infunde per viginti quatuor horas in aceto vini acerrimo, deinde exiccentur & ſeruentur uſui.

Scio Fuchſiū ex Nicolao tam latino quàm Græco ponere Eſulæ drah. decem, ſed puto medietatem ſufficere poſſe, imitatus aliorum etiam exemplaria, ut Florentinorum, & Mantuanum, cum Lugdunenſe, & Fœſij Pharmacopœia eam prorſus omittant.

Pro Amomo verò, quia eo deſtituimur, ſubſtituo in hac compoſitione radices Aſari.

Petroſelini ſemen addidi ex Nicolai deſcriptione. Mantuani omittunt.

ELECTVARIVM EPIſcopi quod Eleſcoph appellatur Meſuæ.

℞ Diagridij

Turbith ana drach.ſex.
Caryophyllorum
Cinamomi
Zingiberis
Myrobalanorum emblicorũ.
Nucis moſchatæ.
Polypodij ana drach.duas & ſemis.
Sacchari vncias ſex

Mellis deſpumati triplum, id eſt, vncias decem cum drachma.

Flauam bilem ac pituitam elicit, flatus & excrementa è toto corpore educit, ob id doloribus articulorum & hypochondriorum prodeſt. Item Colicis cruciatibus mirifice auxiliatur, humores ad renes & veſicam decumbentes expurgat. Puluis eſt potius in uſu aut confectio ſolida.

ELECTVARIVM DE pſyllio Montagnanæ. in Conſilijs fol. 226. in Antidotario cap. 19.

℞ Polypodij recentis libram
Senæ
Violarum
Prunorum
Tamarindorum
Paſſularum ana vncias tres
Aquæ fontis libras decem.

Macerentur horis viginti quatuor poſtea decoquantur ad medietatem, colẽtur & exprimãtur, colaturę portio reſeruetur ꝓ extractione Caſſiæ et Tamarindorũ, reſiduo adde
Seminum Pſylij vncias tres.

Macerentur rurſus totidem horis ſemper agitando, poſt exprime mucilaginem, cuius libræ vnæ adde
Sacchari libras quatuor.

Deco-

Decoquantur iterum lento igne & adde
Caſſiæ fiſtulæ
Pulpæ Tamarindorum diſſolutorum cum prædicta decoctione, ana lib. ſemis.
Diagridij vncias quatuor.
Spodij de ebore
Rhabarbari
Santali albi
Rubei
Roſarum rubearum
Violarum
Sem. Papaueris albi
Portulacæ
Endiuiæ
Scariolæ
Lactucæ
Fœniculi
Aniſi
Berberorum
Fumi terræ
Tragacanthæ
Amili
Gummi arabici
Raſuræ eboris
Glycyrrhizæ ana drach. tres
Myrobalanorũ Indorum
Emblicorum
ana drach. quinq; ſemis.
Miſce, fiat Electuarium.

Flauam bilem educit, eius feruorem temperat, febrib. ardentibus auxiliatur, dolori capitis & vertigini à bilioſorum humorum euaporationibus procreatis, morbo regio & iecori ſupra modum calefacto. Omnes qui de compoſ. medic. hactenus ſcripſere quotquot videre contigit, vtuntur uel Meſues vel Nicolai deſcriptione, verùm cum hæc compoſitio Medicis & officinis noſtris fuerit huc vſq; vſitata, nolui eam immutare.

Pſylij libram priores codices legebant, ſed ſufficiunt vnciæ tres, ut habet etiam Meſues, nã ex his ſufficiens quantitas mucilaginis exprimi poteſt, quare tres tantum uncias appoſui.

Diagridium per ſe teratur.
Spodium & Raſura eboris tenuiſsime trita, reliquis ſimul conterendis miſceãtur, & cribro trãſmittantur, poſtea addantur paulatim inſpergendo decocto ad iuſtam conſiſtentiam redacto, fiat elect. ut eſt artis.

ELECTVARIVM E Succo Roſarum Nicolai.

℞ Succi Roſarum rubearum.
Sacchari albi ana vncias ſedecim.
Scãmonij præp. vnciam vnã ſemis
Santali rubri
Albi
Citrini ana drach. ſex
Spodij de ebore drach. tres
Camphoræ ſcrup. vnum.

Succus Roſarum cum ſaccharo ad iuſtam cõſiſtentiam coquatur, deinde tritæ ſpecies adijciantur.

Commendatur ad omnes affectus, in quibus bilis flaua redundat, aut billioſi ichores peccant. Conualeſcentes ex ægritudine quotidianarios & tertianarios purgat ſine moleſtia, malorũq́; humorum reliquias potenter educit. Tertianæ ſimplici, duplici, febrib. continentibus & bilioſis, malisq́; omnibus à calore natis prodeſt. Præbetur in calidis capitis affectibus, ad purgandam materiam calidam & bilioſam.

Succo Roſarum cum ſaccharo in ſyrupum percocto, ſantala & ſpodium pulverata, poſtremo diagrydium & camphora, utrumq́; per ſe tritum miſcentur, & fit elect. ut eſt artis.

Pro Camphora (nam eam potius calefacere quam refrigerare exiſtimat) Semperuiui ſuccum ſubſtituit Fuchſius, literatiores Caphuram appellant, de ea conſule Matthiolum & Aromatum Indicorum hiſtoriam.

ELECTVARIVM ROſatum Meſuæ.

℞ Succi roſarum rubearum pfectarum. lib. quatuor.

Saccha-

Sacchari optimi lib. vnam & ſemis.

Coquantur lento igne ad mellis cõſiſtẽtiã, deinde adde

Mannæ electæ ſucco Roſarum dilutæ vncias ſex.

Ferueant ſimul paulullum deinde bene trita et per cribrũ tranſmiſſa adde

Diagridij vnciam vnã ſemis.

Trochiſcorum de ſpodio vnciam vnam

Trochiſcorum de berberis vnciam ſemis.

Galliæ moſchatæ veræ

Croci ana drach. duas

Fiat electuarium ut eſt artis reponatur vaſe vitreo.

Cholagogum dicitur, clemens & ſalubre in biliosis affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgiæ, vertigini, oculorum dolori & ictero conueniens, commendatur in virgunculis maturis, menſium purgatione defectis, ad ſanguinis feruorem bilioſum expurgandum.

Galliæ Moſchatæ veræ deſcriptionem require in Trochiſcis.

DIACARTAMV ARnoldi de villanoua.

℞ Specierum diatragacanthi frigidi vnciam ſemis.

Pulpæ cydoniorũ vnciam 1.

Medullæ cartami vnciã ſemis

Zingiberis drach. duas.

Diagrydij drach. tres

Turbith albi drach. ſex.

Mannæ drach. duas.

Mellis Roſati colati

Sacchari candi ana vnciã 1.

Hermodactyl. vnciã ſemis.

Sacchari albi vncias decem & ſemis.

Fiat electuarium liquidũ.

Flauæ bili & pituitæ educendæ mirifice confert, & ad omnes affectus ex bile & pituita mixtos conuenit. Mixtis podagris, hemitritæo, paralyſi, & cephalalgiæ commodat.

Cydoniorum pulpa ſaccharo condiri debet, in cuius vſum cydoniatum noſtrate recte ſuccedit, & cum manna & melle Roſato ſolutum colatur perſtamen. quæ omnia ſaccharo poſtea paulo vltrà quàm electuario conuenit, cocto, ſimul trita & colata cum pulueribus adduntur. Diagridium tamen per ſe terendum.

Pleraq; exemplaria habent ſacchari vncias octo, ſed nos Florentinorum compoſit. ſecuti ſumus.

HIERACVM
Agarico.

℞ Specierum Hieræ ſimplicis ſine aloe.
Agarici trochiſcati ana drach. quatuor.
Aloes non lotæ vnciā vnam.
Mellis deſpumati vncias ſex.
Miſce fiat electuarium.

Bilem & pituitam citra moleſtiam educit, ut ingr. dientia teſtantur. Norimb. fol. 105.

HIERA COMPOſita Nicolai.

℞ Cinamomi
Spicæ Indicæ
Croci
Schœnanthus
Aſari
Xylocaſiæ
Xylobalſami aut Ligni Aloes.
Carpobalſami aut Cubebarū.
Violarum
Abſinthij
Epithymi
Agarici
Roſarum
Turbith

Colo-

Colocynthidos
Maſtiches ana drach.vnam
ſcrup.vnum.

Aloes non lotæ quantũ reliqua omnia, id eſt, vncias duas, drach. quinq;, ſcrup. vnum.
Mellis deſpũati lib. vnã ſemis
Miſce fiat electuarium.

Ad enematum vſus valde eſt ſolennis, probè enim pituitam lentam, craſſam, & frigidam inteſtinis adhærentem eluit, iecoris obſtructiones liberat, Lienis duriciem emollit, denſitatem expedit, renibus & veſicæ humoris deturbatione proficit, uteri intemperiem emendat, capitis affectus, oculorũ & aurium grauedines, à magno pituitæ lentore ortas, iuuat, ventriculo etiã benefacit.

Pro Xylocaſia optimum Cinamomum ſubſtituo.

Pro Xylobalſamo Maceris & Cyperi ana partes æquales. Norimb. lignum Aloes.

Pro Carpobalſamo, Cubebas.

Mellis triplum & inſuper vncias duas, drach. 2.

Galeni Hieram compoſitam prioribus exemplaribus adſcriptam ſtudio omiſi, cum & laborioſa ſit compoſitio, & noſtris non ſit uſui.

HIERA LOGADII
Nicolai Myrepſi.

℞ Pulpæ Colocynthidos
Polypodij ana drach. duas
Euphorbij
Polij montani minoris
Seminum Thymeleę vel Coccognidij, ana drach. vnam ſemis, grana ſex. Nicol. 12.
Abſinthij
Myrrhæ ana drach. vnam,
grana duodecim
Centaurij minoris
Agarici
Ammoniaci
Folij (Macis aut Tembul fol. Norimb. 106)
Spicæ Indicæ

Scillæ

Scillæ præparatæ
Diagridij ana drach. vnam.
Aloes
Comarum thymi
Chamædryos
Caſſiæ ligneæ
Bdellij
Marrubij ana ſcrup. vnum, grana quatuordecim. (Norimb. duodecim.)
Cinamomi
Opopanacis
Caſtorij
Ariſtolochiæ longæ
Trium piperum
Croci
Sagapeni
Petroſelini Macedonici ana drach. ſemis.
Hellebori nigri
Albi ana grana ſex.
Mellis deſpumati lib. vnam ſemis.

Miſce fiat electuarium.

Mala diuturna ex Melancholia facta tranſmutat & propulſat, appetentiam excitat, & robur corpori inducit, ægrumq́; hilarem reddit. Comiciali laborantibus, vertiginoſis, ſubito concidentibus, ſpumantibus, linguam mordentibus & conuulſis confert. Bilioſis & Elephantia correptis inter initia conuenit, feris item impetiginibus, lethargicis & inuolūtarie alui excrementa emittentibus confert, potiſs. ijs qui venena lethalia hauſerint, dolorem ſedat, & iecinoroſis vtilis eſt. Datur Pleuriticis & quibus pericardium laborat, educit enim vitioſos humores, & mouet mulierum menſtrua. Iſchiadicis & lumborum dolore infeſtatis admodum competere creditur, & omnibus diuturnis vicijs ter ſingulis menſibus ſumpta.
Datur ad ſummum drachmis quatuor, ad minimum duabus, ut plurimum tribus.

Pro ſemine thy meleæ ego Laureolæ Germanicæ quam Zeiland vocant ſemen acciperem. Non multum autem peccauerit, qui Lathyridis grana pro thymelæa acceperit, æqualis enim utriuſq; vis et facultas mihi uidetur, quoad acrimoniam & educendas aquas: Chamalæa amarior

rior eſt, ea æque ac Thymelea Germani carent. Conradus Geſnerus in epiſtola quadam ad me. Pro folio in hac compoſit. Macerem vel Caryophyllos ſubſtituo.

Marrubij & aliorum ſcrupulos duos, & Hellebori vtriuſq; ana ſcrupulum unum, priora habebant exemplaria, ſed mendoſe, nos ſcrupulum unum ex Græcis & latinis codicibus adſcripſimus, & Hellebori utriuſq; ana grana ſex.

Mellis triplum conſtituit tantum vncias decem.

HIERA PACHII EX NIcolao Alexandrino, cap. 746. quæ & Diacolocynthidos.

℞ Stœchadis
Marrubij
Chamędryos
Agarici
Colocynthidos ana drach. decem.

Opopanacis
Sagapeni
Petroſelini
Radicis ariſtolochię rotundæ
Piperis albi ana drach. quinq;
Cinamomi
Spicæ nardi
Myrrhæ
Polij
Croci ana drach. quatuor.

Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras duas, vncias vndecim, & drach. quinq;.

Scribonius Largus de compoſ. Med. cap. 97. Hieram hanc ad Pachium autorem refert, & mirif. laudibus in cœlum effert, cum igitur tantæ efficaciæ, & alij etiam qui ea uſi ſunt, eius vires fuerint experti, in noſtris etiam officinis hanc conſtructam & paratam eſſe voluimus. Sanat morbo comiciali correptos, furioſos, vertigine laborantes, diuturno capitis dolore infeſtatos. Item ad lateris dolores facit, Aſthmaticos, vocem amiſſam, ſubitas præfocationes, incubum, conuulſionem caninam vocatam, ad eos qui ex alto lapſi ſunt, neruorũ tenſiones, reſolutionesq;. Prodeſt articulari morbo, ad ſpinæ ac lumborum

 dolores,

dolores,item podagræ mirifice auxiliatur. Duricies in mulierum mammis cum dolore conſiſtentes leuat,& interdum ex integro ſanat. Stomachicis mirum in modum confert, remedio eſt ijs, quibus cibus in ventriculo aceſcit,quiq́; nauſea aßidue infeſtantur,ac ſaliua abundant. Melancholicis autem præcipue benefacit. Carcinomata & Cacoethe curat.

Mellis triplum conſtituet libras duas ſemis, vncias tres ſemis cum drachma. Sunt enim ſpecierum drachmæ 95. quæ triplicatæ conſtituunt 285, drachmas.

CONFECTIONES SOLVTIVAE, IN ſolida forma.

DIATVRBITH CVM Rhabarbaro Bart. Montagnanæ.

℞ Rhabarbari	drach. decem
Turbith albi & gummoſi	
Hermodactylorũ	ana vnciã vnam.
Diagridij	vnciam ſemis.
Zingiberis	
Santali albi	
rubri.	
Violarum	ana drach. vnam ſemis.
Maſtiches	
Aniſi	
Cinamomi	
Croci	ana drach. ſemis
Sacchari albi	lib. vnã, vncias duas, drach. duas.

Flauam bilem & pituitam educit, atq; aq́ua inter cutem laborantibus mirifice confert, ad vermes etiam efficacißimum eſt medicamentum & valde idoneum. Nam Rheum vermes maxime necat, & Turbith pituitam ipſam vermium verum fomitem, educit.

DIAPHOENICON Solidum.

℞ Da-

℞ Dactylorum triduo aceto maceratorum numero ſex.
Seminum Libiſtici ſeu Liguſtici drach. duas.
Pinearum
Amygdalarum dulcium ana drach. quindecim.
Turbith. drach. duodecim.
Diagrydij drach. vndecim.
Sacchari candi vncias duas
Piperis longi
Zingiberis
Foliorum rutæ ſiccatorum
Cinamomi
Macis
Sem. Fœniculi
Aniſi
Dauci
Galangæ
Ligni aloes ana drach. vnam
Sacchari libram vnam.

Fiat confectio ſolida ut eſt artis. æqualiter pulueres miſcendo Norimb. 99.

Idem quod liquidum poteſt, eſt tamen paulo gratius altero, & quia Libyſtici ſemen nauſeam mouet, ad gratiam med. conciliandam ſubſtituo. Liguſticum verum, aut Cardamomi ſemen, eodem quo alterum effectu.

E SVCCO ROSArum ſolidum.

℞ Specierum ingredientium electuarium de ſucco Roſarũ Nicolai, quãtum deſcribitur ſupra: Cum ſaccharo ſufficiẽte vel vncijs ſedecim, fiat confectio in ſolido, recipiẽdo tãtum ſucci Roſarum libram.

EPISCOPI SO-
lidum.

Fit iuxta deſcript. Meſuæ, ſpeciebus addendo pro vncijs ſex.

Sacchari libram

DIACARTAMV
ſolidum.

Species ingredientes elect. Diacartami Arnoldi, cũ Saccharo conficiãtur ut eſt artis.

ZINGIBER LA-
xatiuum.

℞. Zingiberis drach. duas.
Cinamomi
Caryophyllorum ana drach. vnam.
Nucis moſchatæ
Galangæ ana ſcrup. vnum.
Croci grana quatuordecim.
Turbith ſcrup. vnum ſemis.
Diagrydij drach. tres
Sacchari vncias quatuor.

Caute hoc med. vtendum doſis vncia ſemis in adultis.

CONFECTIO ADVER-
ſus Lumbricos.

℞. Seminis Cinæ drach. vnã.
Radicum Filicis
Graminis.
Diptami albi ana ſcrup. duos.
Cornu cerui vſti
Rbabarbari ana ſcrupulos quatuor.
Sacchari diluti aqua graminis vncias ſex.

CATA-

CATAPOTIA SEV PILVLAE.

PILVLAE ASSAIERET Auicennæ.

℞. Specierũ Hieræ picræ Gal. drach. quatuor.
Maſtiches
Myrobalanorum citrinorum ana drach. duas.
Aloes optimę vnciam vnam

Formentur pilulæ cum ſyrupo de Stœchade, aut aqua maioranæ.

Deſcribuntur ab Auic. Fen. lib. 3. cap. 29. Eidem caput purgant, quanquã ventriculo potiùs quam capiti conuenire videantur. Bilem Flauam & pituitam purgant, quæ ventriculo inſidet, ideoq; capitis affectib. ab impuro ventriculo ortis, & vitioſis ſtomachi ſuccis, quibus Hiera ſuccurrit conueuit. Propinantur in tenuibus & acribus fluxionibus capitis ut liquidam materiam facile decumbentem ſiſtant.

PILVLAE ALEPHANGINÆ Meſuæ ſeu aromaticæ.

℞. Cinamomi
Cubebarum
Ligni aloes
Calami aromatici
Nucis moſchatæ
Macis
Cardamomi
Caryophyllorum
Radicum aſari
Maſtiches
Schœnanthus
Spicæ Indicæ
Carpobalſami (aut Galangæ) ana vnciam vnam.
Abſinthij ſicci

Roſarum rubearum ana drach. quinq;

Craſſiuſcule contuſa infundãtur, in aquæ libris duodecim, coquãtur lento igne duplici vaſe, ad duarum partium conſumptionem, id eſt, ad remanẽtiam tertię partis, deinde exprimantur fortiter & colentur. In colaturæ libris duabus diſſolue Aloes ſuccotrinę multoties vitreo vaſe cum aqua pluuia elotæ & ſiccatæ libram vnam.

Agitentur continue in ſole vel loco calido; deinde addãtur puluercs. Myrrhæ Maſtiches ana drach. quinq;, alij vncias quinq;.
Croci drach. tres

Reſiduum colati decocti ex aromatibus affundito & exiccetur ad ſolẽ, ſeu loco calido, admiſcendo ſubinde quod denſatum eſt liquido, & linteo puro vas contegatur, aduerſus incidentium muſcarũ & ſordium iniurias, atque ita reponatur maſſa. Conficiantur hæ pilulæ Maio Iunio aut Iulio menſibus.

Aromaticæ etiam dicuntur, propterea quod multis conſtent aromatibus. Ventriculum, cerebrum, & ſenſoria omnia, humoribus craßis, putribus, pituitoſis purgant, & inde natum dolorem dißipant, ventriculum roborant, concoctionem eius iuuant, & appetentiam excitant.

Compoſitionis formula nobis vſitata magis eſt, in qua Aromatum medietas craſſo modo trita, aquæ puræ libris octo, ad medias decoquitur, colati huius dimidium, id eſt vncias duas. °Aloe prius elota & ſiccata, ſua maceratione bene tribulata imbibet, reſiduum colati, id eſt, vncias duas reliquas, puluercs reliqui tenuißimi °Myrrhæ,

rhæ, Maſtiches, & Croci imbibent: his deinde ſimul cum aloe permiſtis, & addito reliquo dimidio aromatum puluere, tenuiſsime trito, in maſſam exiccando formentur, quæ vſui referuetur.

Eadem ferè compoſitio eſt Hieræ Lamponis apud Gal. ut aduertit Mercurialis Conſult 383. Norimb. 312.

Apollo Franc. Alexandri fol. 337. vult Myrrhæ & Maſtiches ana vncias ʒ. non drachmas ut perperam ex Fuchſio, Cordo, & Præpoſito Deſſennio & VVeckero legantur, ſed quidquid ſomniet Apollo malim drach. quinq;.

PILVLAE AGGREGatiuæ Meſuæ ex inuentione noſtra.

℞ Myrobalanorũ citrinorũ.
Rhabarbari ana drach. quatuor.
Succi Eupatorij .i. agerati
Abſinthij inſpiſſati ana drach. tres.
Diagrydij drach. ſex. quinque in Caſtigatioribus, ut volunt Mantuani.
Myrobalanorũ Chebulorũ Indorum.
Agarici
Colocynthidos
Polypodij ana drach. duas.
Turbith
Aloes ana drach. ſex.
Maſtiches
Roſarum
Salis gemmæ
Epithymi
Aniſi
Zingiberis ana drach. vnam.

Electuarij Roſati Meſuæ, vnciam, aut ſyrup. Roſ. ſol. & Elect. Roſati ana partes æquales.

Dicuntur etiam Polychreſta catapotia, quod ad multos affectus corporis præter naturam, ſint vtilia, & omnes humores purgent. Ad varios capitis, ventriculi, iecorisq; affectus ſunt efficaces,

ces, purgant enim ex iјs, & ſenſorijs, pituitam, & bilem vtramque. quapropter ad diuturnas febres & complicatas, vitia capitis, ventriculi, & iecoris plurimum valent.

Eadem eſt Ioan. Damaſceni compoſitio, niſi quòd Turbith, & Aloes, ana drachmas ſeptem collocat. Conſule Norimb. fol. 315.

Pro Colocynthide in omnibus pil. compoſitionibus ſubſtituo Trochiſcos Alhandal appellatos.

Variant medicorum deſcript. Vide Franciſci Alexandri Apollinem fol. 312. In ómnib. porro Meſues compoſitionib. pro Eupatorio Ageratum ſumendum. Vide infra in Pil. de Eupatorio.

PILLVLAE AGGREgatiuæ minores Meſuæ.

℞ Myrobalanorũ Citrinorũ
Indorum
Emblicorũ
ana drach. tres.
Maſtiches
Aniſi
Succi Eupatorij
Abſinthij
Roſarũ ana drach. duas.
Rhabarbari drach. quinq;.
Specierum Hieræ picræ Gal.
drach. duodecim.
Cum ſucco apij formetur maſſa.

Pituitam & bilem utramq; à ventriculo & capite purgant, obſtructiones hepatis liberant, ipſumq; ac ventriculum roborant, febres antiquas pruritum & vlcera maligna iuuant.

PILLVLAE de AGArico Meſuæ.

℞ Agarici drach. tres
Iridis
Marrubij ana drach. vnam.
Turbith drach. quinq;
Specierum Hieræ picræ Gal.
drach. quatuor.
Colocynthidos
Sarcocollæ ana drach. duas
Myrrhæ

Myrrhæ drach.vnam
Sapæ q. ſatis eſt fiat maſſa.

Thoracem purgant pituita craſſa & putri, ob idq; antiquæ tußi & Aſthmati conferunt, alijsq; thoracis vicijs, à craßis & pituitoſis humoribus ortis.

Maſtichen Cordus appoſuit, quàm cæteri quidam imitati ſunt, diuerſo tamen pondere, quidã enim drach. tres, alij vnam tantum ponunt, cum tamen nulla enim eius apud Meſuen mẽtio fiat.

Agaricum Trocbiſcatum ſumo in compoſit. pilularum.

PILVLAE AVREAE Nicolai.

℞ Aloes
Diagridij ana drach. quinq;
Roſarum rubearum
Sem. Apij ana drach. duas ſemis.
Seminis Aniſi
Fœniculi ana drach. vnam ſemis.
Maſtiches
Pulpæ Colocynth.
Croci ana drach. vnam
Mucilaginis Tragacanthæ q. ſatis eſt. (Mercurialis præfert Mel Roſatum ſolutiuum.)
Fiat maſſa.

Caput expurgant, ſenſus omnes, præcipue oculorum aciem exacuunt, flatus ventriculi & inteſtinorum diſſoluunt, ac citra moleſtiam aluum deijciunt. Ad ſtomachicos, Colicos, Nephreticos, & inflatos valde probantur.

Pro Maſtiche, quidam Hieram picram pondere drachmæ apponunt, ſed exiguum pondus eſt in hac compoſitione, & aloe ac ſcammonium ſunt baſes medicam.

PILVLAE TVRBITH Aureæ Meſuæ.

℞. Turbith drach. ſedecim
Aloes drach. duodecim.
Myrobalanorum Citrinorũ drach. decem
Maſtiches

Roſarum ana drach.ſeptem.
Croci drach.tres
Cum ſucco Abſinthij fiat maſſa.

Proſunt ſtomachicis, Colicis, Nephriticis, & inflatis. Valentiores tamen ſunt propter magnã Turbith copiam. Raro ſunt vſui.

PILVLÆ ARABICæ Nicolai.

℞ Aloes optimæ vncias duas.
Radicis Bryoniæ
Myrobalanorũ Chebulorum
Indorum
Belliricorum
Emblicorum
Citrinorum
Maſtiches
Diagridij
Aſari
Roſarum ana vnciam ſemis
Caſtorei drach.vnam ſemis
Croci drach.ſemis
Succi fœniculi quantũ ſatis eſt, formetur maſſa.

Omnes humores mirifice purgant, lætitiam generant, triſticiamq; depellunt, mentis vigorem conſeruant, viſum acuunt, auditum amiſſum reparant, memoriam roborant, vertigini, hemicraniæ, ac dolori capitis ſuccurrunt.

PILVLAE ARTHRITICæ Nicolai.

℞ Hermodactylorum
Turbith
Agarici ana drach.duas
Caſiæ ligneæ veræ
Spicæ Indicæ
Xylobalſami (pro eo Cyperi, aut ligni Aloes,)
Carpobalſami (Cubebarum)
Galan-

Galangæ
Caryophyllorum
Macis
Aſæ fœtidę (alij piperis lõgi)
Zingiberis
Maſtiches
Sem. Fœniculi
Aniſi
Saxifragiæ
Aſparagi
Ruſci
Granorum Solis.
(ſeu milij Solis.)
Roſarum
Salis gem. ana grana quindecim.
Scammonij vnciam ſemis
Aloes optimæ ad pondus omniũ, id eſt, drach. quatuordecim ſemis.
Succi fœniculi quantum ſufficit, fiat maſſa.

Hæt compoſitio ex Nicolao deſumpta in Antidotario fol. 221. & quia huc vſq; noſtris officinis uſui fuit, eam denuo repoſui. Vtimur, ſed raro ijs ad podagram aliosq́; articulorum dolores à frigidis craßis & pituitoſis humoribus.

Ex aſparagi ſeminib. pulpa carnoſa ſumi debet abiectis corneis ſeminibus.

Meſue eandem ferè habet deſcript. omiſſo Scammonio.

PILVLAE DE ALOE & Maſtiche Nicolai Myrepſi.

℞ Aloes vnciam vnam
Maſtiches vnciam ſemis
Caryophyllorum
Roſarum rub. ana drach. vnam.
Croci
Diagrydij ana ſcrup. duos
Cum ſucco fœniculi aut abſynthij formetur maſſa.

Sine moleſtia ventriculum purgant, & ex eo bilem ac pituitam eliciunt.

PILVLAE DE ALOE LOta incerti autoris.

℞ Aloes, cum ſucco roſarum lotæ vnciam vnam
Agarici trochiſcati drach. tres
Maſtiches drach. duas
Specierum diamoſchi dulcis drach ſemis

Cum vino Chio quod vulgo maluaticum vocant, fingatur maſſa.

Cerebrum, Ventriculum, vterum, & alia viſcera à putridis humoribus purgant.

Prior editio habebat ſpecierum diamoſchi dulcis, drach. vnam ſemis, ſed omnia reliqua exemplaria habent tantum drach. ſemis, quorum fidem imitatus ſum.

PILVLAE DE ALOE Roſata.

℞ Aloes roſatæ optimę & pellucidæ vnciam vnam.

Cum vino formentur pilulæ pro drachma quot voles.

Minus purgant magis roborant.

Aloe Roſata dicitur, quæ ſucco Roſarum ſæpius eſt elota, aut quæ eundem ſuccum ſæpius imbiberit.

Eſt & hæc compoſitio noſtris vſitata, quæ Arnoldo Villanouano adſcribitur.

R. Foliorum Roſarum viridium uncias quatuor, terantur ſeu incidantur minutiſs. & cum Aloes uncijs ſex incorporentur, quibus exiccatis denuo addantur totidem roſæ, & tertium reiterentur, poſtea formetur maſſa quæ vſui reſeruetur.

PILVLAE DE Benedicta.

Fiunt ex ſpeciebus Benedictæ laxatiuæ incorporatis cũ melle Roſaceo.

Humores pituitoſos, potiſsimum ad articulos decumbentes eliciunt, à renibus quoq; & veſica purgant.

PIL-

PILVLAE DE BDELLIO maiores Meſuæ

℞ Bdellij drach. duodecim
Myrobalanorũ Chebulorũ
Indorum
Belliricorũ
Emblicorũ
Cõcharum venerearũ vſtarũ
Charabe ana drach. duas ſemis
Ammios parum toſti drach. tres

Maceretur Bdellium in ſucco foliorum porri, & formetur maſſa.

Ad fluxum hæmorrhoidum & vlcera in eis, & ad menſes immodicos.

Concha Venerea deſcribitur & depingitur à Geßnero de cruſtatis ordine XV. fol. 254. Tota intus candida eſt, foris varietate colorum & macularum inſperſarum inſignis, auribus adhibita reſonantis aquæ ſpeciem aliquam præſefert, cortex ei leuis, adeo ut mulieres ornamenta quædã ſua linea in amylo aqua multa diluto, deinde exiccata poliant, adeo ut ſplendeant. vnde Germanis Glettmuſchlen dicuntur. Italis & Gallis Porcellana nomine generis, vide Geßnerum.

PILVLAE COCHIAE Rhaſis.

℞ Specierum Hieræ picræ
Rhaſis drach. decem.
Pulpæ colocynthidos drach. tres. ſcrup. vnum
Diagridij drach. duas ſemis
Stœchados
Turbith ana drach. quinq;.

Syrupi de Stœchade quantum ſatis eſt, fiat maſſa.

HIERA PICRA Rhaſis.

℞ Roſarum rubearum.
Spicæ Indicæ

Maſtiches
Xylobalſami (*aut Ligni aloes.*)
Cubebarum.
Carpobalſami (*aut Cubebarum*)
Cinamomi
Xylocaſiæ veræ
Rad. Aſari ana ſcrup. vnum grana ſex.
Aloes drach. ſex, ſcrup. duos.

Terantur exactiſsime & per cribrum decuſſa in vſum ſeponantur.

Deſcribuntur à Rhaſe 9. ad Almanſorem cap. 1. Cephalicæ recte dicuntur, quod ſcilicet caput magna efficacia expurgent, ideoq; à neruis craſſos & frigidos humores euacuent.

Eædem ferè ſunt Galeni ad Catarrhos ſalſos quas deſcribit 5. Methodi cap. 14.

Pro Xylobalſamo ſubſtituo Maceris & Cyperi partes æquales, id eſt ſingulorum ſcrup. dimidiũ, grana tria.

Pro Carpobalſamo Cubebas aut Caryophyl.

Pro Xylocaſia optimum Cinamomum.

Sunt qui Nicolai deſcriptione ut minus valida utendum cenſeant, tamen quia longo uſu hæc noſtra hactenus ſunt approbata, ſuum cuiq; iudicium, & arbitrium eſto.

Galeno Cocciæ ſunt valde celebres ad Catarrhum etiam ſalſum, quarum hæc eſt deſcriptio.

℞. Aloes drach. tres.
Agarici drach. vnam.
Colocynthidòs drach. ſemis.
Diagridij ſcrup. vnum.
Bdellij ſcrup. duos.
Tragacanthæ.
Gummi Arab. ana grana 15.

Excipiuntur ſyr. ſtœchadite.

Meminit earum V. Methodi cap. XIIII. in cura Catarrhi ſalſi,

PILVLAE DE CYNOgloſſo, Nicolai Præpoſiti.

℞ Rad. Cynogloſsi aridi
Sem. Hyoſcyami albi
Opij ana vnciam ſemis
Myrrhæ drach. ſex.
Thuris drach. quinq;.

Caryophyllorum
Cinamomi
Styracis calam. ana drach.2.

Cum aqua roſarum formetur maſſa.

Conferunt ad omnes deſtillationum morbos, magnam enim vim obtinent in tenuibus ſiſtendis deſtillationibus, & ſedandis ac mitigandis omnis generis doloribus.

Benedictus Fauentinus, Medicus Bononienſis celebris, utebatur ijs in Catarrho ſalſo, magno ſucceſſu cum ſucco Glycy rrhizæ & Aloe lota, ſecundum hanc deſcriptionem.

R. Succi Glycyrrhizæ drachmas duas.
Aloes lotæ drach. vnam.
Pilul. è Cynogloſſo drach. ſemis.

Cum ſyrupo Violato fiat maſſa, exhibetur ſcrupuli pondere pro vice.

PILLVLAE DE COLOCYNTHIDE MESUÆ, SEU IOAN. DAMAſCENI.

℞. Pulpæ colocynthidos drach. ſex.
Myrobalanorum Indorum Citrinorũ
Sagapeni
Bdellij
Sarcocollæ ana drach. quinq;
Aloes drach. ſeptem
Nigellæ
Cumini Carmeni Orientalis.
Origani cretici
Naſturcij albi ſatiui.
Salis gemmæ
Abſinthij Romani ana drach. vnam.

Succi porri quantum ſatis eſt, fiat maſſa.

Ad affectus pituitoſos & Melancholicos, vt alphos curatu difficiles, & articulorum dolores.

Naſturcium album ſatiuum intelligendum, albis floribus, caneſcentibus folijs, & radice alba.

PILVLAE DE CASTOreo Auicennæ.

℞ Caſtorei
Doronici
Zedoariæ
Nucis moſchatæ ana drach. vnam.
Sem. Apij
Anethi
Margaritarum ana ſcrup. quatuor.
Hyoſcyami grana tria.
Formetur maſſa cum aqua artemeſiæ.

Vtero conferunt, impeditas menſtruas purgationes eliciunt.

Pro Doronico Galangam ſubſtituo. Cum corticum Citri parte ut volunt Conradus Geßnerus & Iulius Alexãdrinus, vide annotationes huius pharmacopœiæ Auno 1583. æditæ fol. 40.

De Dorouico variant doctorum noſtri temporis ſententiæ. Pharmacopœorum dictum Doronicum & GemſenVVurtz vulgaris, ſunt duæ unius generis ſpecies, neutra verum, hoc eſt Arabum Doronicum. quo cum careamus, pro eo radicem aliam aromaticam & flatus maximè diſcutientem, ut Galangæ vel Zedoariæ ſubſtituo, cum pauco cortice Citri. Matthiolus vult verum eſſe venenum etiam homini, Geßnerus cani venenũ drachmæ pondere exhibitum aſſeuerat, homini non item, cui vim nullam malignam aut venenoſam ineſſe putabat: ſed radices nimium humidas, ut quæ nunquam ferè exiccentur totæ, vtcunq; longißimo tempore ſeruatæ, & flatibus excitatis ventriculum offendere, nec facile ex eo deſcendere: ſuperficiem vero omnino ſalubrem & vtilem eſſe arbitrabatur, cum odorata imo aromatica, folijs, caule, & floribus conſtet, & tenuiorum ſit quam radix partium. Ego in iſta autorũ diuerſitate Iulium Alexandrinum, tanquam iudicem & arbitrum conſtituere volui, qui in hæc verba ad me ſcripſit. Quæritur à me de Doronico num recipi id in Medicamentorum compoſitiones debeat: an potius tanquam venenum reijciendum ſit, Ego, mi Adolphe, non tanti me eſſe deputo, vt decernere de his poßim, præſertim in re quæ controuerſa inter doctißimos noſtra hac tempeſtate, ac materiæ totius Medicæ peritißimos fuerit duos, Petrũ Andream Matthiolum, & Conradum Geßnerum, vtrumq; mihi amicißimum, vtrumq; ex conuictu quoque notum, alterum autem Matthiolum plus ſemel neceßitudine ea coniunctum, quæ leuandis de ſacro

ſacro fonte infantibus iniri, non niſi inter perquã amicos, & perquam inuicem notos ſolet. Sed ſi præferenda omnibus veritas eſt, ut præferenda certe eſt, vel potius ſi libere dicendum vnicuiq; fuerit, quod pro veritate ſentit (nam veráne ſint nec ne, quæ dicuntur, aliorum eſto deinde iudicium) arbitror recipiendum non eſſe, tanquam aconitis adnumerandum potius, ſiquidem vera ſunt, vt eſſe veriſsima exiſtimo, quæ celebres iam ac totius rei herbariæ peritiſsimi, atq; experientiſsimi temporibus his viri, vidiſſe ſe affirmant, necatos nimirũ ex eo canes, vt ex acõito, quod ex re, rura noſtra Tridentina Lupariam & vulpariam herbam vocant, ex qua vulpes, lupi, canes, ſues, mures, & id genus pereunt, nemo autem, vt opinor medicam. compoſitionibus ſuis ſalutaribus quidem, aconiti genus unquam addiderit ullum: Nam tametſi, vt in Theriaces compoſitione fit, aliqua addantur, quæ eſſe per ſe deleteria poſſunt, maximorum illa vſuum in ea ſunt, & qualitate ſola manifeſta ſua illa nocent, vt opium, quod frigiditate, quæ ſic ibi aliorum additamẽto plurimorum, atq; ex aduerſo aperte calore ſuo pugnantium retuſa infringitur, vt eſſe nocumẽto haud facile queat, & iuuamentum interea nõ parum ſæpe præſtet ſopiendorum dolorum, cum alijs vnà multis, at Doronicum & Aconitum quorſum adderentur! aut hic aut alibi, aut quos vſus præſtarent plantæ vſq; adeo inſigni malicia, & ea ex tota forma rei quæſita præditæ, vt non eſſe naturæ noſtræ aduerſæ ſemper non poſſint. At minimum (dicat hic forte aliquis) inijcitur, neſcio quid tantillum. Quid vt faciat! nam ſi nihil inde expectandum, præſtat non addidiſſe. ſin aliquid, malo id erit ſemper potius quam bono, non enim boni quid inſit video. Ex vipera autem Trochiſci commendari, ob inſignem diſcutiendi diſsipandiq; vim poſſunt, & abſcinditur Viperæ prius cauda caputq;, in quibus maior veneni vis, ut nocentiſsima pars, atq; ea elixatione præparationeq; reliqua omni tam diligenti, ac panis additione, multo caſtigatior facta, & ſuos tamen hæc vſus maximos habet, at aconitum quos! aut Doronicum! An non videmus inſuper quantopere cauendum nobis eſſe conſulat Galenus, ne temere opocalpaſum inter myrrham in compoſitionem irrepat nobis, quod ἀναιρετικὸν ſit, idem proculdubio de Aconito & Doronico dicturus ac facturus. vtraq; enim ἀναιρετικὰ hominum inquam ſunt. Nam tametſi nullus ignorare Medicus debeat, quædam haberi quæ alterius generis animanti cuipiam venena ſint, homini non ſint, ut cicuta, at ijdem Medici non neſcire debent plurima eſſe quæ non homines minus, quam animalia quædam alia interficiant, inter quæ hoc ipſum aconitum, quo & ſues, & canes, & vulpes, & homines ipſi pereant, haud dubie, prope vt ἀντονωμαστικὸν ſit frequenter pro veneno, præſertim apud poetas. Nec miſeros fallunt aconita legentes, inquit ille & rurſus alibi, lurida terribiles miſcent aconita nouercæ, homi-

nibus opinor, priuignis quippe ſuis. Atqui Doronicum ex aconitorum iam genere habendum eſſe conſtat. Hoc vt exiſtimo, cum videret vir cumprimis eruditus, nec ingenuus minus quàm doctus Conradus Geſnerus, in epiſtolæ ad te miſſæ parte quam literis tuis adſcripſiſti, pſeudoronicum dicendum eſſe cenſet vulgare Doronicum hoc, atq; illi & Galangam, & Zedoariam, cum corticum Citri parte ſubſtituit, quamuis malignam aut venenoſam vim ineſſe in eo vllam affirmare nolit. verum enimuero cur ſubſtituit? non quidem ob inopiam, cuius maxima vbiq; ſit copia. ſi non propterea, quod ſuſpectus illi quoque illius vſus, aut iuueni, aut malitiæ vis aliqua ſuboluit, cauſam aliam non video. Eadem omnia dicenda faciendaq; eſſe de nuce vomica exiſtimo, atq; iiſdem rationibus nimirum ablegãdam aliò eſſe, nec ad compoſitionis ullius uſum admittendam, aduerſaturam ſemper naturæ humanæ, nec quicquam interea unquam commodi allaturam. Atq; hucuſq; Iulij Alexandrini cenſura.

PILVLAE DE EVphorbio Meſuæ.

℞ Euphorbij
Colocynthidos
Agarici
Bdellij
Sagapeni ana drach. duas
Aloes drach. quinq;.
Cum ſucco porri fiat maſſa.

Valentiſsimis & contumacibus tantum morbis uſurpandæ, quæ pituitam craſſam, & ex partibus remotiſs. potentiſsimè euacuant, ſed non niſi robuſtis, & præcipiti malo exhibendæ. Vſus earum in reſolutione neruorum & ſideratione, articularijs affectibus, & aquæ ſuſpicionibus.

Euphorbium, prudenter tritum cum Agar. Troch. & Troch. Alhandal, tritis & leuigatis cum gummis vino diſſolutis, piſtillo calido & mortario tamdiu ſubigantur, dum in maſſam coeant.

Eſt & alia pil. de Euphorbio compoſ. quarum uſus inualuit apud quoſdam in peſte.

℞. Euphorbij drachmam, Croci drachmam ſemis, Maſtiches drachmas duas, fiant pil. aut cum ſacchari drach. duab, fiat puluis, qui exhibetur peſte correptis drahma pondere. Fumanellus Medicus laudat in Ictero atro expertum remedium ex Sagapeni. Euphorbij pil. Cochijs ana ſcrup. uno exhibeatur pro vice.

PIL-

PILVLAE DE EVpatorio maiores Meſuæ.

℞. Myrobalanorum citrinorum.
Succi Eupatorij Meſuæ, id eſt Agerati per coctionem inſpiſſati.
Abſinthij ana drach. tres
Rhabarbari drach tres ſemis.
Maſtiches drach. vnam.
Croci drach. ſemis.
Aloes drach. quinq;
Succi Endiuiæ quantum ſatis eſt, fiat maſſa.

Viſcerum obſtructionibus, & Ictero conferunt febrib. periodicis complexis, autumnalibus, diuturnis, & antiquis valent, Lienis & iecoris obſtructiones reſerant. Binoſos, tenues, & craſſos humores educunt.

Eupatorium Meſue, eſt Ageratum Dioſcoridis, non Graciola ut priora habebant exemplaria. Sic Dioſcor. Eupatorium eſt Agrimonia & Auic. ea planta, quæ noſtris dicitur herba Cunigundis.

Succos herbarum concretos, & ad inſpiſſationem coctos recipio in hac compoſitione.

PILVLAE FOETIdæ maiores Meſuæ.

℞ Sagapeni
Ammoniaci
Opopanacis
Bdellij
Colocynthidos
Rutæ agreſtis, vel ſiccæ hortenſis.
Aloes
Epithymi ana drach. quinq;
Hermodactylorum
Eſulæ præpar. ana drach. duas

Scammonij drach.tres
Cinamomi,
Spicæ nardi Indicæ
Croci
Caſtorij ana drach.vnam
Turbith drach.quatuor
Zingiberis drach.vnam ſemis
Euphorbij ſcrup.duos
Succi foliorum porri depurati quantum ſatis eſt, calfacto liquores quatuor diſſoluuntur, deinde cætera trita comprehenduntur.

Vacuant pituitam craſſam, crudam, ob id cõferunt affectib. inde natis, arthritidi, podagræ, gonagræ, dolori ſpinæ, & aliarum iuncturarum, vẽtriculi, colico, alphis, elephantiæ, alijsq́ cutis vicijs. Sed in morborum declinatione potius quam principio exhibendæ, propter effrenatam vim. ſunt enim valentes admodum ideoq; parum tutæ, quòd minime repreſſa purgantium vis, eas ſuſpectas reddat.

PILVLAE E FVMO terræ Auicennæ.

℞ Mirobalanorũ Citrinorũ
Chebulorũ
Indorum
ana drach.quinq;
Aloes drach.ſeptem
Scammonij drach.quinq;.
Succi fumiterræ quantum ſatis eſt.

Omnia in puluerem redacta cõprehende ſucco, & ſiccari ſinito, rurſus trita ſucco excipiantur, ſiccentur, & ſic tertium, deinde in maſſam formentur.

Soluunt humores acres, bilioſos, pituitam ſalſam, & alios aduſtos, à quibus pruritus & ſcabies. Deſcribuntur ab Auic. lib. 4. Fen. 7. cap. 7. in cura pruritus & ſcabiei.

PIL-

PILVLAE INDAE Haly ex Meſuæ.

℞ Myrobalanorum Indorũ
Ellebori nigri
Polypodij ana drach. quinq;
Epithymi
Stœchados ana drach. ſex
Agarici
Lapidis Lazuli loti
Colocynthidos
Salis Indi aut Gemmæ ana drach. quatuor
Succi Eupatorij inſpiſſati
Spicæ Indicæ ana drach. duas.
Caryophyllorũ drach. vnam
Hieræ picræ Gal. drach. 12.
Fiat maſſa cum ſucco apij.

Ad vitia ex humore Melancholico procreata, cancrum, elephantiaſim, alphos nigros, curatu difficiles, Melancholiam, & inde ortum timorem ac mœrorem. Quartanam, icterum nigrum, ex vicio lienis procreatum, eiuſdemq́ dolorẽ proſunt. Potentiores ſunt ſuperioribus ideoq; inter morbi initia non exhibendæ.

Elleborus niger præparatur ſicuti Eſula, ſunt tamen qui ſero lactis caprini prius infundant.

Cyaneus lapis ſeu Lazuli, toties ablui debet, vt nullum amplius colorem aut ſaporem in aqua relinquat, qui canon eſt ablutionis lapidum maximè proprius. Thymum priora exemplaria adijciebant, cum tamen in Meſue & alijs deſit.

PILVLAE DE HIERA picra Galeni.

℞ Specierũ Hieræ picræ Gal. vncias duas
Mellis Roſati quantum ſatis eſt, formentur maſſa.

Vicijs ventriculi ex humoribus bilioſis & pituitoſis natis proſunt.

PILVLAE DE HIERA cum Agarico.

℞ Specierũ Hieræ picræ Gal.

Agarici Trochiſcati ana vnciam ſemis.
Aloes vnciam vnam.
Mellis roſati quantum ſatis eſt, fingatur maſſa.

Succurrunt ſtomachicis, Aſthmaticis, alijſq; ventriculi & thoracis vicijs, à craßis & pituitoſis humoribus natis.

PILVLÆ E HIERA compoſita, Nicolai Myrepſi.

℞. Cinamomi
Spicæ Indicæ
Croci
Schœnanthus
Xylocaſiæ
Xylobalſami
Carpobalſami
Violarum
Rad. Aſari
Abſinthij
Epithymi
Agarici
Roſarum
Turbith
Colocynthidos
Maſtiches ana ſcrup. duos.
Aloes optimę ad pondus omomnium, hoc eſt, drach. decē, ſcrup duos.
Fiat maſſa cū aqua endiuiæ.

Ad vicia capitis neruorumq́ ſtomachi item cruditatem conferunt.
Pro Xylocaſia Cinamomum optimum.
Pro Xylobalſamo Maceris & Cyperi ana.
Pro Carpobalſamo Cubebas.

PILVLÆ DE HERMOdactylis maiores Meſuæ.

℞. Hermodactylorum

Myro-

Myrobalanorum citrinorum
Aloes
Turbith
Colocynthidos
Bdellij mollis
Sagapeni ana drach. ſex.
Caſtorij
Sarcocollæ
Euphorbij
Opopanacis
Sem. Rutæ ſylueſtris vel ſatiuę
Apij ana drach. tres
Croci drach. vnam ſemis.
Succi Braſſicæ, ſiue Caulium quantum ſatis eſt, formetur maſſa.

Craſſos, viſcidos, & frigidos humores, ex remotiſsimis partibus educunt, quo nomine articularijs morbis conueniunt, & arthritidi.

Liquores ſucco Braſsicæ calfacto ſoluti, cetera omnia melle cum ſucco incocto excipiunt. Etſi quidam non ſecus ac minores Elect. è ſucco roſarum excipiant.

De Hermodacty. vide Cenſuram Matthioli.

PILVLÆ IMPERIALES incerti autoris.

℞. Cinamomi
Amomi aut calami arom. aut acceriveri, ut volunt Norimb.
Aniſi
Maſtiches
Cardamomi minoris
Zingiberis
Zedoariæ
Maceris
Nucis moſchatæ
Caryophyllorum
Croci
Cubebarum
Ligni aloes
Turbith

Mannæ

Mannæ (*Tereniabin*)
Agarici
Foliorum ſennæ
Spicæ Indicæ
Mirobalanorũ Chebulorum
Indorum
Belliricorum
Emblicorum
Citrinorum
ana ſcrup.vnum.
Rhabarbari vnciam vnam
Aloes vncias duas
Cum ſyrupo Roſaceo, aut Violaceo fingatur maſſa.

Parum admodum purgant, & plurimum roborant ventriculum, & omnia viſcera refrigerata, conſeruant facultates naturales, ſanguinem & ſpiritus purificant.

PILVLAE OPTICAE ſeu Lucis maiores

℞ Roſarum
Violarum
Abſinthij
Colocynthidos
Turbith
Cubebarum
Calami aromatici
Nucis moſchatæ
Spicæ Indicæ
Epithymi
Carpobalſami
Xylobalſami
Sem. Seſeleos (*id eſt Sileris montani*)
Rutæ
Aniſi
Fœniculi
Apij
Schœnanthus
Maſtiches

Rad.

Rad. Aſari
Caryophyllorum
Cinamomi
Caſiæ ligneæ veræ
Croci
Macis ana ſcrup. vnum
Myrobalanorũ Chebulorum
Citrinorum
Indorum
Belliricorum
Emblicorum
Rhabarbari ana ſcrup. duos
Agarici
Senæ ana ſcrup. duos ſemis
Euphragiæ drach. vnam
Aloes ſuccotrinæ ad pondus omnium, id eſt, vnciam vnam ſemis, drachmas tres, excipe ſucco aut aqua fœniculi & formetur maſſa.

Viſum roborant & conſeruant, excrementa vacuant à Cerebro & oculis pituitoſa.

Pondus ſtudio imminui, ita enim vſitatius eſt noſtris officinis.

Pro Xylobalſamo Cyperum ſubſtituo.

PILVLAE DE LAPIDE Lazuli, ſiue Cyaneo Meſuæ.

℞. Lapidis Lazuli abluti drach. ſex.
Epithymi
Polypodij ana drach. octo.
Scammonij
Ellebori nigri
Salis gemmæ ana drach. duas ſemis.
Agarici drach. octo
Caryophyllorum
Aniſi ana drach. quatuor

Specierũ Hierę picræ Galeni drach. quindecim
Succi Endiuiæ quantum ſatis eſt, formetur maſſa.

Ad vicia è Melancholico humore nata conferunt, cancrum nimirum, Elephantiaſim, & Quartanam.

Lap. Lazuli duodecies vult lauari Trallianus, aqua violarum vel boraginis, vide ſupra in pilulis Indis.

PILVLAE DE MEZEreo Meſuæ, ſeu Ioan. Damaſceni.

℞. Foliorum Mezerei aceto per noctẽ maceratorũ & ſiccatorum drach. quinq;
Myrobalanorũ Citrinorũ
Chebulorũ
ana drach. quatuor
Cum Manna vel Tamarindis aqua Endiuiæ diſſolutis, formetur maſſa.

Seroſum excrementum valenter purgant, ſeu aquas, ob id hydropem aſciten & anaſarca iuuant.

PILVLAE MASTICHInæ Conciliatoris, ſiue Petri Aponenſis.

℞. Maſtiches drach. quatuor
Agarici optimi drach. tres
Aloes electæ drach. decem
Agaricus infundantur Oxymelite, deinde cum melle roſato formetur maſſa.

Ad ventriculi dolorem ex cauſa frigida, eundem ab omni morbo præſeruant, leuiter purgant, cerebrum & reliqua viſcera, item oculos & vterum à putridis humoribus liberant & tuentur. Vide aliam compoſit. apud Norimb. pag. 322.

PILVLAE DE NITRO Alexandri Tralleani. Diacolocynthidos dictæ.

℞ Aloes

℞ Aloes
Colocynthidos
Scammonij
Bdellij
Hellebori nigri
Gummi Arab. ana drach. duas
Euphorbij
Nitri ana drach. vnam

Cũ ſucco Braſsicæ, & melle cocto, fiat maſſa.

Dicuntur etiam de Colocynthide. Valent ad craſſos, frigidos, lentos & glutinoſos humores ex remotioribus partibus educendos, frigidis neruorum affect. ſuccurrunt, & humores ex alto euocant, quo nomine cerebri & capitis pertinacibus affectibus, articularijs morbis, comitiali, & reſolutioni conueniunt, vide Manard. lib. 13. Epiſt. 6. in Epilepſia mirifice commendat. Stomachicis & Iſchiadicis ſuccurrunt, Hieræ vires æquant, vertiginoſos iuuant, pituitæ lenticiam diſsipant, vtramq; bilem deturbant, vnde carũ vſus celebris in humoribus aduſtis & Gallico, quĩ non niſi vicioſorum ſuccorum, pituitæ & Melancholiæ vehementi purgatione ſucceſſum capit. Vide Fœſij pharmacopœiam, fol. 240. Genuina deſcriptio eſt apud Tral. lib. 1. cap. 12. de Hemicranea, ſub nomine pil. διακολοζυνθίδος.

Euphorbij præparatio.

℞. *Euphorbij lutei vncias quatuor, aut quantum voles. pulueriſentur ſubtiliſsime deinde in lapide cum oleo amygd. dulc. q. ſ. fricetur inſtar collyriorũ poſtea maſſa illa in pomo cotoneo vel citrio excauato imponatur, & paſta panis obuoluatur quemadmodum in ſcammonij præparatione fieri ſolet, coquatur in fornace q. ſ. Deinde euphorbium eximatur & in vaſe vitreo benè obturato ſeruetur, aut in maſſam redigatur.*

PILVLAE DE OCTO rebus, Nicolai Præpoſ.

℞. Aloes
Diagridij ana drach. duas.
Epithymi
Colocynthidos inter.
Agarici
Maſtiches
Dauci Cretici
Myrobalanorum chebulorũ

Abſinthij ana drach.vnam

Cum ſucco ſolani formetur maſſa.

Purgant humores craſſos à capite, viſum acuunt, & ſuffuſionem arcent. Aloe in formandis pilulis numerum tenere non videtur, ut neq; mel neq; ſaccharum in Electuarijs. aliàs ex nouem conſtarent rebus. Fuchſius & Fœſius.

PILVLAE DE OPOPANACE Meſuæ.

℞. Opopanacis
Hermodactylorum
Sagapeni
Bdellij mollis
Ammoniaci
Colocynthidos ana drach.v.
Croci
Caſtorij
Myrrhæ
Zingiberis
Piperis Nigri
Longi
Caſſiæ ligneæ
Myrobalanorũ Citrinorum
Emblicorum Belliricorum
ana drach.vnam.
Scammonij drach.duas
Turbith drach.quatuor
Aloes. drach.duodecim.

Infunde lachrymas in aqua caulium & forma maſſam.

Pituitam craſſam, bilem & Melancholiam à cerebro neruoſisq́ partibus vacuant, efficaces ſunt in articulorum doloribus à pituita creatis. Reſolutionem neruorum, & incontinentiam, ſpaſmum cynicum, gonagram, podagram, aliorumq́ articulorum dolores, morboſq́ partium neruoſarum frigidos leuant. Hæ tamen parum iuris in noſtris officinis obtinent, his contentis, quæ magis ſunt uſui.

PILVLAE PESTILENtiales, Auicennæ quæ & communes.

℞ Aloes

℞ Aloes electæ vnciam vnã.
Myrrhæ
Croci ana vnciam ſemis
Confice cum vino claro odorifero.

Aduerſus peſtiferæ luis contagiones, populariter graſſantes, mirifice proſunt, humores etiam ventriculo infarctos & immerſos educunt.

Sunt qui Rhabarb. Agaricum, Bolum, Terram Lemniam, & Theriacam addant, ideoq́ valentiores putant, ſed componendorum pharmacorum modus eſt infinitus. Florentini hac compoſit. utuntur.

℞. *Myrrhæ*
Croci
Boli armeni
Coralli rubei.
Charabe ana drachmam unam.
Myrobalanorum Chebulorum drach. duas.
Aloes drachmas ſeptem.
Vini albi q. ſ. fiat maſſa.
Ruffi compoſitio petita eſt ex Paulo lib. 2. cap. 36.

PILVLAE PESTILENtiales Ruffi.

℞. Aloes
Ammoniaci ana vnciam vnã
Myrrhæ vnciam ſemis.
Cum ſucco limonum, fiat maſſa.

PILVLAE V· MYRObalanis Nicolai Alexandrini.

℞. Quinq; generum Myrobal.
Agarici
Diagrydij
Colocynthidos
Senæ ana drach. duas ſemis
Epithymi
Turbith
Aniſi
Marathri ſeu fœniculi
Maſtiches

Lapis Lazuli ana drachmam vnam, grana ſedecim
Rhabarbari ſcrup. quatuor
Aloes drach. quatuor

Cum ſucco fœniculi formetur maſſa.

Hæc eſt vera quam poſui illarum pil. & genuina deſcriptio, ob id in vſum reuocanda, ut placet Fœſio & Fuchſio quos ſum imitatus.

Educunt pit. & bilem vtram, Podagricos, ſplenicos, ſtomachicos, & Melancholicos iuuant, cerebrum purgant, viſionem acuunt, ſanguinẽq́ purificant.

PILVLAE DE RHAbarbaro, Meſuę fili.

℞. Rhaharbari drach. tres
Succi Glycyrrhizæ
Abſinthij
Maſtiches ana drach. vnam
Myrobalanorum citrinorum drach. tres ſemis.
Sem. Apij
Fœniculi ana drach. ſemis
Trochiſc. Diarhodon Raſis, drach. tres ſemis
Specierum Hieræ picræ drach. decem

Aquæ fœniculi aut ſucci potius cum melle quantum ſatis fiat maſſa.

Humores educunt craſſos, lentos, multum putres, & inde ortas febres diuturnas, & ex alijs quoq; humoribus natas, iecoris item dolorem, obſtructionem, duritiem ac hydropem incipientem ſanãt. Manardus vtebatur in Tertianarũ exitu, Muſa in febribus pituitoſis. Vide Fœſium.

PILVLAE SINE QVIbus eſſe nolo Nicolai.

℞. Aloes lotæ drach. 14.
Quinq; generum Myrobala.
Rhabarbari

Maſti-

Maſtiches
Abſinthij
Roſarum
Violarum
Sennæ
Agarici
Caſſuthæ ana drach.vnam
Diagrydij drach.ſex ſemis

Succi fœniculi ea quantitate quæ Diagrydio per pãnum colando ſufficere poſsit,& cęteris pulueribus comprehendendis, & orbiculis effingendis, qui manibus inũctis oleo violato pro artis pręcepto formentur.

Efficaciſſ. ſunt ad purgandos omnes humores partium ſuperiorum, quo nomine ſuffuſionibus, oculorum caliginibus & viſioni conferunt, auriũ dolorem ſanat, purgantq́ mire caput à pituita, bile flaua.& atra, Iliacos iuuant.

Hodie pharmacopœi pulueres tritos, cum ſucco fœniculi miſcent, adiecto ſub finem ſcammonio per ſe trito, alij melle, cum quo ſuccus fœniculi ſit conſumptus, excipiunt.

PILVLAE STOMACHICAE Alkindi.

℞. Myrobalanorũ Citrinorũ
Indorum
Chebulorũ
ana drach.tres
Roſarum
Maſtiches ana drach.duas
Cardamomi
Ligni aloes
Santali citrini
Cubebarum
Carophyllorum
Schœnanthus
Nucis moſch. ana drach.vnã.
Rhabarbari vnciam ſemis
Turbith drach.ſeptem.

Aloes

Aloes ad pondus omnium fiat maſſa, cũ vino odorifero.

Bilioſos ac pituitoſos humores, eos præſertim qui caput, iecur, & ventriculum obſident, vacuant, præterea ventric. roborant, coctionem iuuant, appetentiam excitant.

Hæc deſcriptio eſt ex Auicen. lib. 5.

PILVLAE DE SAgapeno Meſuæ

℞ Sagapeni
Ammoniaci
Opopanacis
Bdellij ana drach. duas ſemis
Sem. Apij
Ammeos
Aniſi
Rutæ agreſtis ana drach. vnam.
Acori ſeu Calami aromatici.
Lepidij, id eſt, Iberidis (Caſſiæ ligneæ alij)
Calaminthæ
Folij *(quibuſdam deeſt) Spicæ.*
Centaurij minoris
Polij
Coſti
Salis gemmæ ana drah ſemis
Colocyn thidos drach. v.
Aloes drach. ſex.

Excipe ſucco porri aut marrubij aut matricarię fiat maſſa

Valent ad Iſchiadem, podagram, & reliquorum articulorum dolorem, atq; vteri. Menſes eliciunt, emollitis & apertis viſcerum, præcipue ſplenis obſtructionibus.

Pro folio commode ſubſtituimus, Spicam Indicam, ut priora habebant exemplaria.

Pro Coſto Zedoariam aut Angelicam.

PILVLAE DE SARcocolla Meſuæ.

℞. Sarcocollæ drach. tres

Tur-

Turbith drach.quatuor.
Colocynthidos
Zingiberis ana drach. 1.ſemis
Salis gemmæ drach.vnam
Aquæ roſarum quātum ſatis,
fiat maſſa.

Pituitam vacuant, ob id pituitoſis affectibus commodant. Non ſunt in vſu, cum aliæ idipſum præſtent.

PILVLÆ BECHICÆ Meſuæ.

Succi Glycyrrhizæ
Sacchari albi ana drach. decē.
Amyli
Tragacanthæ
Amygd. dul. ana drach. ſex.
Excipe mucagine ſem. pſylij aut cydoniorum.

Aduerſus tuſsim veterem & ſiccam, gutturisq́; & faucium aſperitatem pollent. Sunt tamen trochiſci potius in vſu quam forma pilularum.

MASSA PECTORALIS Adolphi Occonis, I.

℞. Specierū Diatragacanthi frigidi.
Penidiarum ana vnciā ſemis
Succi Glycyrrhizæ drach. tres
Zingiberis ſcrup. duos
Ireos ſcrup. vnum
Sem. Vrticæ
Hyſſopi
Florum Roriſmarini ana ſcrup. ſemis
Croci orientalis
Sulphuris depurati ana grana ſeptem.
Cum Loch ſano formentur magdaliones pondere vnciæ

ciæ ſemis, & inuoluantur Cinamomo. Doſis à drachmis duab. ad drach. ſemis-

Et hæc compoſitio vſui fuit noſtris officinis ante annos centū, quare reuocari debet, ad pauperes tuſsientes, Aſthmaticos, & reliqua pectoris vitia. Hac ſi quis non fuerit contentus, confugiat ad Diaſulphur Meſue, quod ab ipſo refertur in Med. Opiatis.

Sulphuris depuratio.

℞. Sulphuris communis puri q. ſ. verbi gratia libram ſemis. Colcothar .i. Vitrioli calcinati ſeu vſti vncias tres.

Trita ponantur in cucurbita vitrea bene obturata ſeu vt barbari dicunt perlutata, huic impone ſublimatorium fictile, interius tamen vitreatum cuius foramen in capite tantiſper patulum maneat, donec in ſublimatione omnis ferè humiditas exhalando conſumatur. Cognoſcito hoc ſi lamina aliqua vel vitrum foramini impoſitum à fumo non amplius inficiatur. Fiat ſublimatio mundo igne, primum lento ac miti, deinde vehementi ad decem vel duodecim horas, Sulphur quod aſcendit ac ſublimatum eſt, pluma ex ſublimatorio extrahatur. Huius ſulphuris ſemel ſublimati ℞. vncias quinq;, adde Colcotharis vncias duas, fiat iterum ſublimatio vt prius. Huius bis ſublimati ſulphuris denuo capias vncias quinq;, quibus adde Colcothar vnciam vnam ſemis, fiasq́ tertia ſublimatio. Hoc iam ita depuratum eſt, vt vulgo à Chymicis flos ſulphuris appelletur. Huius ſcrupulus vnus aut duo facile & ſine incommodo in aliqua aqua appropriata ſumuntur.

Alij ſulphur aliquoties infundunt Lixiuio feruentiſsimo & acerrimo, & ita exiccatum rurſus infundunt, donec omnem odorem amittat.

CONFECTIONES AROMATICÆ ſeu Species.

AROMATICVM Caryophyllatum Meſuæ.

℞. Caryophyllorum drach. ſeptem.
Macis
Zedoariæ
Galangæ

Santali

Santali citrini
Trochiſcorum Diarhodon
Cinamomi
Ligni aloes
Spicæ nardi
Piperis longi
Cardamomi ana drach. vnam.
Roſarum rub. drach. quatuor
Galliæ moſchatæ veræ
Glycyrrhizæ ana drach. duas
Folij (pro eo calamũ arom.)
Cubebarum ana ſcrup. duos.
Ambræ drach, vnam.
Moſchi ſcrup. ſemis.

Sacchari optimi ad ſingulas drachmas ſpecierum, vnciam vnam, fiat confectio in ſolido.

Cor, ventriculum, & reliqua nutritionis membra roborat, nauſeam & vomitum reprimit, flatus diſsipat, putredinem humorum in vẽtriculo arcet.

Pro folio priora exemplaria Caſiam ligneam veram ſubſtituunt, ego potius acorum verum, ſeu calamum aromaticum noſtrum.

Ambram cum D. Garcia ab Horto, qui de Indiæ ſimplicibus quædam ædidit, terram eſſe iudico, aut fungoſam, aut alterius generis, quæ ab Inſulis quibus pura ambra innaſcitur auellatur, cuius rei indicium eſt, quod à fide digno patritio quodam, ſenatore & mercatore noſtrate compertum habeo, Anno dñi 1555. in Breſilia Inſula repertum fuiſſe fruſtum in fluuio quodam in mare ſe exonerante trecentarum librarum pondere, & multo tempore illic delituiſſe, donec tandem agnitum & Hebræo cuidam diuenditum ſit, cuius portiuncula, quam inde acquiſitam ſecum Luſitania attulit, miræ fragrantiæ me quoq; donauit, nam de ea in Hiſpaniam & Luſitaniæ Vliſipponem aduectum etiã erat. Quamobrem haud crediderim, vel Balanæ ſperma, vel Azeli cibum eſſe, niſi quis eam bituminis modo è maris alueo emanare velit. verum, bitumen in eam quantitatem excreſcere, non mihi perſuadeo. veriorem igitur ſententiam arbitror eorum, qui terram exiſtimant, affirmarunt enim nonnulli, ſe Inſulam ex pura Ambra

vidiſſe, quæ tamen poſtea rurſus quæſita, nuſquam apparuerit. Scio eſſe factitiam quoq;, & modum parandi noui, verum de ea non loquor. Ambarum ex eorum numero refertur, quæ maximè cordis vires reficere creduntur. Laudatur quod cinerei ſit coloris, quodúe eo venis nunc cinereis, nunc candicantibus conſtet, quodq́ acu perfoſſum, multum oleacei liquoris reſudet.

Moſchus.

De Moſcho conſule Matthiolum in commentarijs ſuper Dioſcor. editis. Porro hæc & alia Med. Moſchum recipienta poſſunt etiam ſine eodem parari.

AROMATICVM ROſatum Gabrielis.

℞. Roſarum rub. drach. quindecim.
Glycyrrhizæ raſæ drach. 7.
Ligni aloes
Santali citrini ana drach. 3.
Cinamomi electi drach. v.
Caryophyllorum
Macis ana drach. ſemis.
Gummi Arabici
Tragac. ana drach. 2. ſcrup. 2.
Nucis moſchatæ
Cardamomi minoris
Galangæ ana drach. vnam
Spicæ Indicæ
Ambræ cinericiæ ana ſcrup. duos.
Moſchi. ſcrup. vnum

Frequentiſſ. eius uſus in magno humidorum excrementorum ventriculi prouentu. Coctionem iuuat, putredinem prohibet, ſtomachi mollitiem corrigit, imbecillitatem firmat, ventrem inferiorum totum, & nutritionis inſtrumenta roborat, ventriculum diſtendentes flatus diſsipat, appetentiam collapſam excitat, nauſeam ſedat & ſtomachicis mirum in modum confert, prodeſt conualeſcentibus, & è diuturno morbo emergentibus.

DIAMOSCHV DVLce Meſuæ

℞. Croci

℞. Croci
Doronici ſeu Galangæ
Zedoariæ
Ligni aloes
Macis ana drach. duas
Margaritarum albarum
Serici crudi toſti
Charabe
Coral. rub. ana drach. 2. ſemis
Galliæ moſchatæ veræ
Ocimi citriati *(aut Caryophyllati.)*
Zingiberis
Cubebarum
Piperis longi ana drach. vnam ſemis.
Been albi
rubri
Folij aut Cinamomi
Spicæ Indicæ
Caryophyllorum ana drach. vnam.
Moſchi ſcrup. duos.

Prodeſt ad Cerebri affectus frigidos, vertiginem, comiciales, Melancholicos, cordis palpitationem, tumultuoſa inſomnia, paralyſim, conuulſionem, pulmonis affectus, & ſpirandi difficultatem, ſopitum calorem natiuum recreat, cachexiam emendat, lienoſis, iecinoroſis, & ſtomachicis ſuccurrit.
De ſerico terrefaciendo cõſule Norimb. fol. 277.

DIAMBAR
Meſuæ.

℞ Cinamomi
Doronici ſeu Zedoariæ
Caryophyllorum
Macis
Nucis moſchatæ
Folij, aut ſuccedanei Caſię lig.
Galangæ ana drach. tres
Spicæ Indicæ
Cardamomi maioris

minoris ana drach. vnam.
Zingiberis drach.vnam ſemis
Ligni aloes
Santali citrini
Piperis longi ana drach. duas
Ambræ drach. vnam,alij grana nouem. Norimb. ſextulam .i. ſcrup. quatuor.
Moſchi drach. ſemis.

Ad omnem corporis imbecillitatem & noxam à frigido eſt efficaciſſ. Viſcera omnia calfacit, roborat, frigido ſopita recreat & reficit, coctionem iuuat, affectibus vteri ex intemperie frig. & hum. natis prodeſt. Senibus ob id & mulieribus, ſalubre medicamentum.

Folij. Etſi quædam antiballomena requirãtur, vnum tamen ex eis ut Macerem, aut aliud duplicari nihil vetat, licebit & Cinamomi aut Caſiæ folium ſubſtituere. Geſſnerus in epiſt. quadam ad me. Ego iſtis omnibus deficientibus, Cinamomum ſubſtituo, aut Caſiam ligneam veram ſi habetur, nam omnium reliquorum aromatum iucundiſſ. eſt & efficaciſſimum. Norimb. Nardum Celticam ſubſtituunt.

DIATHAMARON Nicolai.

℞. Antophyllorum, .i. grandium Caryophyllorum.
Zingiberis ana drach. quinq;, ſcrup. vnum, grana ſedecim
Cinamomi
Caryophyllorum
Carnium Dactylorum, ana drach. quatuor, ſcrup. vnũ, grana ſedecim
Galangæ
Spicæ Indicæ
Zedoariæ
Coſti albi & aromatici
Pyrethri
Corallij rubei

Traga-

Tragacanthæ
Rha Pontici
Spicæ Celticæ
Anacardij
Oſſium dactylorum
Carpobalſami ſeu cubebarũ
Aniſi
Baccarum iuniperi
Trium piperum ana drach. vnam, ſcrup. duos, grana octo.
Margaritarum integrarum, et perforatarũ, ana ſcrup. duos
Blattę Bizantię ſcrup. duos
Limaturæ auri aut fol. auri cẽtum viginti quinq;.
argenti aut foliorum arg. ſeptuaginta quinq;.
Oſſis de corde cerui legitimi ana ſcrup. duos ſemis
Raſuræ Eboris
Ambræ ana ſcrup. vnum grana ſeptem.
Moſchi grana tria

Prodeſt tabidis, tuſſientibus, ſtomachicis, difficulter ſpirantibus, Aſthmaticis, & ad omnẽ corporis imbecillitatem, renum præterea impotentiæ & debilitati ſuccurrit.

Laborioſa eſt hæc compoſitio nec admodum vſitata, pondera multum variant, ego hanc compoſ. vt legitimam ex Fuchſio tranſcripſi.

DIANISV
Meſuæ.

℞. Sem. Aniſi vncias duas ſemis
Glycyrrhizæ raſæ
Maſtiches ana vnciam vnã.
Sem. Carui
Fœniculi
Macis. Galangæ
Zingiberis
Cinamomi ana drach. quinq;
Trium

Trium piperum
Caſſiæ ligneæ veræ
Pyrethri
Calaminthes ana drach. duas
Cardamomi maioris
Caryophyllorum
Cubebarum
Spicæ Indicæ
Croci ana drach vnam ſemis.

Craßis flatibus in ventriculo collectis eiuſdemq́ frigiditati ſuccurrit, itemq́ pituitam in eadem crudam abſumit, & tußi diuturnæ medetur.

DIACVMINV Nicolai.

℞ Cymini aceto 24. horis macerati, & iterum exiccati vnciam vnam. ſcrup. 1.
Cinamomi
Caryophyllorum ana drach. tres. ſcrup. duos
Galangæ.
Thymbræ ſeu Satureiæ
Calaminthæ
Zingiberis
Piperis nigri ana drach. vnam ſcrup. duos.
Ammios
Libyſtici ſeu Liguſtici ana drach. vnam, ſcrup. vnum, grana ſex.
Piperis (longi drach. vnam Norimb.)
Spicæ
Nucis moſchatæ
Cardamomi ana ſcrup. duos ſemis.

Etſi ferè deſijt à noſtris pharmac. parari, ea tamen carere in poſterum noluimus, propter inſignem illius vſum, Stomachicis conuenit, thoracis, præcordiorũ, ventriculi, & viſcerum imbecillitati à frigido, oxyregmiæ opitulatur, inteſtinorum

norum flatus diſsipat, hypochondriorum diſtentionem à nimia cruditate & flatibus liberat, eadem calefacit, & concoctionem mirè iuuat. Arteriacis, difficultati ſpirandi, & tuſsi ex frig. & craſsis humoribus, inflatis, colicis, & quartanarijs prodeſt, ventriculi coctionem iuuat.

DIOSPOLITICON
Galeni.

℞. Cymini aceto macerati & toſti.
Piperis longi vel nigri.
Fol. rutæ ſiccat. ana vnciam vnam.
Nitri vnciam ſemis, vel æquale cum reliquis pondus ſi mouere ventrem velis.

A Dioſpoli Ægypti op. denominationem habet, deſcribitur à Galeno δ´ ὑγιεινῶν ἐ. Flatus potenter diſsipat, & infarctam ventric. pituitam efficaciter deterget.

Cyminum pridie macerari aceto acerrimo debet, & in vaſe fictili probe cocto frigi, deinde tundi. Vide Norimb. fol. 30.

DIACALAMINTHES
Meſuæ.

℞ Calaminthę montanæ, fluuiatilem ponit Meſuæ, id eſt, Mentaſtrum Campeſtris kornmüntz
Seſeleos (.i. Sileris montani)
Petroſelini Macedonici veri.
Liguſtici ana drach. ſex.
Zingiberis drach. tres
Sem. apij
Com. thymi ana drach. duas
Piperis nigri vnc. vnam ſemis

DIACALAMINTHES
Galeni.

℞. Piperis vncias ſex.
Liguſtici vncias duas
Cacuminum thymi

Sem.apij. ana vnciam ſemis.
Seſeleos Maſſil.
Pulegij montani
Sem.Petroſelini Macedonici.
Calaminth.mont. ana drach. duas.

Galeni deſcript. vtendum potius cenſent, quã Meſ. tantopere 4. Salubrium celebratæ. Quo utitur in hulceroſo ſenſu, cum crudorum ſuccorum copia extra venas & in corporis habitum recepta eſt, vtile eſt med. ad thoracis & ſtomachi vicia, & tuſsim à frigido excitatam, præcordiorum & pectoris refrigerationem. Senib. & quartanarijs confert, difficulter coquentes iuuat, craſſos & lentos humores tenuat, flatus craſſos diſsipat, vrinam & menſes mouet, qui præcipue ex vaſorum à craſsis & lentis humorib. obſtructione retinentur.

DIACINAMOMV Meſuæ.

℞.Cinamomi tenuis drach. quindecim.
Caſſiæ ligneæ
Rad. Enulæ ana vnciam ſemis.
Galangæ drach. ſeptem
Caryophyllorum
Piperis longi
Zingiberis
Cardamomi vtriuſq;
Macis
Nucis moſchatæ
Ligni aloes ana drach. tres
Croci drach. vnam
Sacchari drach. quinq;.
Moſchi ſcrup. duos quidam addunt.

Concoctionem iuuat, pituitæ putredinem prohibet, ac alimenti in corpus diſtributionem promouet.

DIAGALANGA Meſuæ.

℞ Galangæ

Ligni

Lignialoes ana drach. ſex.
Caryophyllorum
Macis
Liguſtici ana drach. duas
Zingiberis
Piperis Longi
Albi
Cinamomi
Calami aromatici ana drach. vnam ſemis
Calaminthæ ſiccæ
Menthæ ſiccæ
Cardamomi maioris
Spicæ Indicæ
Sem. Apij
Aniſi
Fœniculi
Carui ana drach. vnam

Ventriculi & iecoris intemperiem frig. ſanat, ob id coctionem iuuat, ructus acidos compeſcit, & flatus craſſos potenter diſſipat, atq; ab eis natas inflationes. Oris halitum commendat, ac eiuſdem fœtorem gigni prohibet.

Liguſticum illud ſumo in compoſ. med. quod Genua Liguriæ adfertur.

DIANTHON Nicolai.

℞. Florum roriſmarini vnciam vnam.
Roſarum
Violarum
Glycyrrhizæ ana drach. ſex.
Caryophyllorum
Spicæ Indicæ
Nucis moſchatæ
Galangæ
Cinamomi
Zingiberis
Zedoariæ
Macis
Ligni aloes

Cardamomi
Sem. Anethi
Aniſi ana ſcrup. quatuor

Succurrit præter rationem triſtibus, animi enim læticiam auget. Item Cardiacis, elephantiacis, animi defectionibus & cordis ſyncopi. Prodeſt etiam deſtillatione affectis, & in vniuerſum, omni cordis ac corporis imbecillitati.

DIAMARGARITON
Frigidum incerti autoris.

℞. Sem. Citruli
Melonum
Cucumeris
Cucurbitæ
Portulacæ
Papaueris albi
Roſarum rubearum
Florum nymphex albæ
Boraginis
Baccarum myrti
Santali albi
Citrini
Ligni Aloes
Zingiberis ana drach. vnam
Coralli albi
rubei ana drach. ſemis
Margaritarum drach. tres

Omnem virium imbecillitatem firmat, ſyncopen iuuat, ac Aſthmaticos, tabidos, tuſſientes, longo morbo extenuatos, & imbecillitate languentes recreat, & ad priſtinum recuperandum robur conducit.

Cordus ex Plateariȷ̃ commentariȷs in Nicolaum deſcripſit, ut autor eſt Fuchſius. Aliam deſcrip. ab hac multum diuerſam habet Fœſius fol. 57. & aliam Hiſpanorum ab Amato celebratam ibidem. Zingiber omittendum puto.

DIAMARGARITON
Calidum Auicennæ.

℞. Margaritarum non perforatarum.

Pyre-

Pyrethri ana drach. vnam
Zingiberis
Maſtiches ana drachmas quatuor.
Doronici (*Galangæ, vel Caryoph.*)
Zedoariæ
Petroſelini, aut Apij
Capſici, .i. vtriuſq; Cardãomi
Nucis moſchatæ
Macis
Been vtriuſq;
Piperis nigri
longi ana drach. tres.
Cinamomi drach. quinq;

Ad vniuerſi corporis refrigerationem confert, Cardiacos, animo deficientes, mulieres vterum ferentes, præfocationes vteri, cordisq́; ſyncopen iuuat, omnium virium imbecillitatem firmat, his quos animus deficit; ſupraq́; modum triſtibus mirificè auxiliatur, omnium vitalium partium noxiam diſcutit. Aſthmaticis, Tuſſientibus, tabidisq́; ſuccurrit, ventriculi faſtidia tollit, eiusq́; coctionem iuuat. longo morbo deiectos, & imbecillitate languentes recreat, & ad priſtinum robur reducit. Priuatim vero imbecillitati ſtomachi & cruditati eiuſdem, corporis ac cordis exolutioni ſucurrit.

Priora exemplaria mendoſe legebant Thapſiæ pro Capſico. Nicolaus, Valeſcus, & alij Caſiam ligneam legunt, ſed Geſsnerus Capſicum legendum cenſet, id eſt, Cardamomum Arabum, propterea ego utrumq; Cardamomum appoſui, Vide Elect. Indum. Porro quæ his addenda Fuchſius cenſet, nimis lóngam & operoſam facerent compoſitionem, quare hæc ſufficiant, nam fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora. Aliam deſcript. ponit Fœſius, Lutetiæ vſitatam, aliam item Lugdunenſes, quæ Actuario aſcribitur, vt refert Fœſius fol. 36. eligat quamcunq; velit pro intentionibus curatiuis, quicũq; ijs vti volet.

Cherſe, id eſt, Gummi drach. duas, addit Coudenbergius ex Auicenna.

DIAIREOS SALOMOnis Nicolai Mirepſi.

℞. Iridis vnciam vnam.
Pulegij
Hyſſopi

Glycyrrhizæ ana drach.ſex
Tragacanthæ
Amyli
Cinamomi
Zingiberis
Piperis
Amygdalarum amararum
Nucum pinearum ana drach. tres.
Caricarum
Paſſularum enucl.id eſt, cybebarum
Carnium dactylorum ana drach.tres ſemis
Stýracis calamitæ rubeæ drach.duas.ſcrup.vnum

Prodeſt ad fauces exaſperatas, & columellam fluxione tentatam, diſpnoicis, & arteriacis, tuſsiculoſis, & in vocis iactura, quæ frigore contracta eſt, frigidæ capitis intemperiei, & deſtillationi in fauces irruenti. Hæc compoſitio, quia valde ingrata eſt, parum frequens eſſe ſolet: frequentior ea quæ ſequitur, quæ & minus laborioſa eſt, & in formandis rotulis maiore indiget animaduerſione. In priore editione amylum, & nuces pineæ erant omiſſæ, quas hic appoſui ex Fœſio & Fuchſio.

DIAIREOS vſitata.

℞. Specierum diatragacanthi frigidi vnciam vnam.
Radicum Ireos vncias duas
Gummi arabici
Tragacanthę ana vnciã ſemis

DIAIREOS ſimplex.

℞. Ireos vnciam ſemis.
Sacchari candi
Specierũ Diatragacanthi frigidi, ana drach.duas

Ad omnem faucium deſtillationem, idq; initio, nondum inualeſcente impetu.

DIA-

DIATRAGACANTHVM frigidum, Nicolai: ſect. 1. cap. 98.

℞. Tragacanthi candidi vncias duas
Gummi arabici vnciam vnā, drachmas duas.
Amyli vnciam ſemis
Glycyrrhizæ
Sem. Melonum
Cucumeris
Cucurbitæ
Citruli ana drach. duas
Vrticæ
Papaueris albi ana drach. tres.
Penidiarum vncias tres.
Camphoræ ſcrup. ſemis.

Ad omnem pectoris & pulmonum à calido & ſicco noxam, thoracis grauitatem alleuat, tuſſiculoſis ac intemperie calida prodeſt, pleuriticis, peripneumonicis, tabidis, & macie confectis, linguæ & faucium aſperitati ſuccurrit, confert ſiti immodicæ à pulmonum calore ortæ:

Vrticæ & papaueris albi ſemen, appoſui ex Fœſio & Fuchſio quæ deſiderabantur.

Noſtri tamen pharmacopœi vrticæ ſemen omittunt.

DIATRAGACANTHVM Calidum, Nicolai.

℞. Tragacanthæ vncias duas.
Hyſſopi vnciam mediam.
Pinearum
Amygdalarum ambarum
Sem. Lini ana drach. tres.
Fœnugreci.
Cinamomi ana drach. duas
Glycyrrhizæ raſæ
Succi Glycyrrhicæ
Zingiberis ana drach. vnam.

Affectibus frigidis, vt Aſthmaticis & ſuſpirioſis prodeſt.

Hoc medicam. ferè in uſu deſij t, cum ad eos affectus plura alia habeamus remedia. Et hanc compoſ. potius imitari volui, quàm eam, quæ in Græco

Græco codice habetur. Fœſij autoritate & rationibus adductus, quem conſule in Diatrag. fol. 71.

DIAHYSSOPV Nicolai.

℞ Hyſſopi
Ireos
Thymi
Piperis ana drach. quindecim
Pulegij
Thymbræ ſeu Satureiæ
Rutæ
Cumini ana drach. decem
Carnium dactylorum
Tragacanthæ
Glycyrrhizæ
Caricarum
Paſſularum maiorum.
Fœniculi ana drach. quinq;
Zingiberis
Sem. Aniſi
Carui
Liguſtici ana drah. duas ſemis.

Confert ad vitia capitis frigida columellam exiccat, arteriam aſperam purgat, omnia frigida thoracis & ſtomachi vicia emendat, & coctionem iuuat, Rariſs. tamen in vſum venit.

Tragacanthum per ſe terendum, ſi enin cæteris mixtum teratur, inæqualitatem mixturæ faciet, id in reliquis etiam compoſ. obſeruandum.

DIARHODON Abbatis Nicolai

℞. Santali albi
rubri ana drach. duas ſemis.
Tragacanthæ
Gummi arabici
Spodij ana ſcrup. duos.
Succi Glycyrrhicæ
Aſari

Maſti-

Maſtiches
Spicæ Indicæ
Cardamomi
Croci
Ligni aloes
Caryophyllorum
Cinamomi
Galliæ moſchatæ verę Meſuę.
Rhaharbari electi aut Rha-
pontici.
Berberis, id eſt acinorum.
Sem. Aniſi
Fœniculi
Baſiliconis
Melonis
Cucurbitæ
Citruli
Cucumeris
Papaueris albi
Intybi i. Scariolæ
Portulacæ
Lactucæ ana ſcrup. vnũ.
Margaritarum
Oſſis de corde cerui ana ſcrup.
ſemis
Roſarum
Sacchari candi ad vnciam v-
nam, drach. tres
Camphoræ grana ſeptem.
Moſchi grana tria ſemis.

Aduerſus ventriculi calorem, iecoris item, lienis, pulmonisq́, & in vniuerſum, cõtra omnem corporis noxam, à calore ortam, efficaciſſ. ad febres acutas, ardentes, tertianas nothas, Phthiſicis, hepaticis, ictericis, cardiacis, & cœliacis auxiliatur, item defectionibus animi è corde natis.

Quatuor in hac compoſitione deſiderari ſimplicia Fuchſius & Fœſius arbitrantur, nempe Corallium, Cryſtallium, Mandragoram & Lactucæ ſemen, quod ego addidi, reliqua collegarum noſtrorum iudicio & cenſura prætermiſi, quanquam Fuchſius nulla ratione omittenda cenſeat. Liberum eſto cuiq; hæc vel adijcere vel adimere compoſitioni.

DIATRION SANTALON Nicolai Myrepſici: ſect. 1. cap. 213.

℞. Triũ ſantalorũ ana drach. duas. ſcrup. duos
Rhabarbari
Spodij ex ebore
Succi Glycyrrhizæ
Sem. portulacæ ana drach. duas.
Amyli
Gummi arabici
Tragacanthæ
Sem. Melonum
Cucumeris
Citruli
Cucurbitæ.
Sem. Intybi ſeu ſcariolæ ana ſcrup. quatuor
Camphoræ ſcrup. vnum
Violarum vnciam ſemis
Roſarum quantum reliqua omnia ponderant, id eſt, vncias tres, drach. tres.

Prodeſt febrium bilioſarum ardoribus, & viſcerum feruoribus, Hepaticis, Cardiacis, Ictericis, Phthiſicis ſuccurrit, & intemperiem omnem calidam emendat, præcipuè vſui eſt in febrium declinationibus, materia iam euacuata, reſiduũ calorem febrilem extinguens.

Priora exemplaria addebant ſaccharum candi, pro eo pſylium ſubſtituit Fœſius, Fuchſius vtrumq; ex Nicolao græco omittit, & addit Violarum vnciam ſemis, & ῥόδων ὅσα τὰ εἴδη ὅλα, *id eſt, ad pondus omnium quæ vires medicamenti augent, ideo omnino commiſcendæ quod huc uſq; ab omnibus pharmacopæis eſt omiſſum.*

DIALACCA MAIOR Meſuæ.

℞. Laccæ lotæ
Rhabarbari ana drach. tres
Spicæ Indicæ
Florum & ſtipitum Schœnanthus.

Maſti-

Maſtiches
Myrrhæ
Coſti ſeu Zedoariæ
Cinamomi
Croci
Caſiæ ligneæ veræ
Bdellij
Hyſſopi
Sabinæ
Amygd. amararum excorticatarum.
Succi Abſinthij
Eupatorij Meſuæ, id eſt, Agerati.
Rad. Rubiæ tinctorum
Ariſtolochiæ rotundæ
Gentianæ (veræ.
Aſari
Sem, Ammeos
Apij
Fœniculi
Aniſi ana drach. vnam ſemis
Piperis nigri
Zingiberis ana drach. vnam

Valet ad ventriculi iecoris frig. intemperiem, hepatis obſtructiones, inflationes, & duricies, aquæ inter cutem medetur, menſes ciet, ſcirrhum diſſoluit, cachexiam depellit, vrinas promouet, renum & veſicæ duricias & calculos diſſipat.

De Lacca conſule Garciam. Fœſium, & Matthiolum, eam ut eſſentiæ tenuitate aſſumpta valentia aperiat, cum decocto ſchœnanthus & ariſtolochiæ lauant, colatumq́ in mellis conſiſtentiam decoquunt: atq; id Laccæ præparationem vocant, Vide Cordum. Sed melius forte fuerit ſi Lacca trita, aqua fontana, cui Ariſtolochia & Schœnanthos ad æquas partes incocta fuerit lauetur, piſtillo ſemper agitando, quoad clareſcat, quod reſedit coletur, & ſiccetur, ſic namq; tenuius euadit, magiſq; aperit, iſq́ verus eſt loturæ ex Pandectario modus, non qui à veteribus vſurpabatur, defecatas partes & purgamenta retinens.

Eupatorium Meſ. Intelligendum Ageraton Dioſcor. nō Graciola ut priora exemplaria mendoſè legebant, hæc enim pituitam valenter purgat & laborioſe, ut expertus eſt, piæ &

 vene-

venerandæ memoriæ. Con. Geſſnerus: qui ſcri-ptuli pondere hanc tritam ſumpſit. vnde copioſe ſuprà & infrà proceſſit, non ſine moleſtia pitui-tam craſſam & aquas maximè detrahens. Idem in epiſtola quadam ad me.

DIACVRCVMA ME-ſuæ ſeu Diacrocu.

Croci
Aſari
Sem. petroſelini Macedonici
  Dauci
  Aniſi
  Apij ana vnciam ſemis
Rhabarbari
Meu
Phu, Valerianæ maioris.
Spicæ Indicæ ana drach ſex.
Coſti ſeu Zedoariæ
Myrrhę
Caſiæ ligneæ
Schœnanthus
Carpobalſami ſeu Cardamo-
Rubiæ (mi.
Baccarum iuniperi
Succi abſynthij
  Eupatorij Meſuæ. ſeu
  Agerati.
Opobalſami ſeu olei Caryo-
  phyllorum ana drach. duas
Calami aromatici
Cinamomi ana drach. vnam
  ſemis
Scordij veri
Scolopendrij ſeu Ceterach
Succi Glycyrrhizæ ana drach.
  duas ſemis
Tragacanthi drach. vnam

Hanc compoſit. quidam διὰ κρόκου, *alij* διὰ ἐρυθροδάνου *inſcribi malunt, ſed de his nobis pa-rum curæ eſt, conſideremus potius facultates. Datur ad viſcerum interiorum, ventriculi, he-patis, lienis morbos frigidos & diuturnos, ca-chexiam,*

chexiam, & hydropem, colorem corporis fœdum, & totum corporis habitum frigidum, obſtructiones internas. Stomachi intemperiem frig. ſanat & humidam, flatus craſſos diſſipat, eiuſdem corruptelæ medetur. Renum vicia ab obſtructione craſſorum & viſcidorum humorum emendat, veſicæ medetur à cauſa frigida, vrinamq́ prouocat.

DIATRION PIPEreon Galeni.

℞. Trium piperum ana drach ſex. grana quindecim
Aniſi
Thymi
Zingiberis ana drach. vnam.

Deſcribitur à Gal. 4. de tuenda valetudine, commendat id in crudorum ſuccorum & flatuum copia à cruditate. Dandum ijs qui ob recens frigus male concoxerunt & ſuccum plurimum pituitoſum, in primis venis coaceruarunt. Stomachi perfrictiones, ructus acidos, iecinoroſos, & inflationes iuuat.

DIATRION PIPEreon, Meſuæ.

℞. Trium piperum ana drach. quinq;.
Zingiberis
Thymi
Aniſi ana drach. duas
Spicæ Indicæ
Ammeos aut Amomi ana drach. vnam.
Caſſiæ ligneæ
Aſari radicum
Enulæ
Sem. apij
Seſeleos ana drach. ſemis

Ventriculi refrigerationibus, acido ructui, quartanis reſolutis, iecinoroſis, & inflationibus auxiliatur, fluxionibus quæ à capite ad thoracem deſcendunt conuenit.

Hanc compoſit. ut legitimam magis ex Fuchſio deſcripſi.

PLERES ARCHONTIcon Nicolai Præp.

℞.Cinamomi
Caryophyllorum
Ligni aloes
Galangæ
Spicæ Indicæ
Nucis moſchatæ
Zingiberis
Spodij
Schœnanthus
Cyperi
Roſarum
Violarum   ana drach. vnam grana quindecim.
Folij ſeu Macis
Glycyrrhizæ
Maſtiches
Styracis
Maioranæ
Balſamitæ ſeu mentæ aquaticæ.
Ocimi
Cardamomi
Piperis longi (quidam album addunt)
Baccarum myrti
Corticũ citri   ana ſcrup. duos grana quinq;.
Margaritarum ſplendidarũ
Been albi
    rubri
Corallij rubri
Serici toſti   ana ſcrup. vnum grana duo ſemis
Moſchi   grana ſeptem ſemis.
Camphoræ   grana quinq;.

Cardiacis, triſtibus, melancholicis, cibum vomentibus, pulmonarijs, Epilepticis ſuccurrit. Cerebri ſenſationes interceptas liberat, ſenſum deperditum, & memoriam reſtituit. Imbecillo ventriculo & animi deliquio à corde nato confert. Præterea eos qui ex diuturno morbo penitus

tus extenuati ſunt, plurimamq́ inde imbecillitatem contraxerunt admodū corroborat. Aſthmaticis prodeſt, omnemq́ Cerebri debilitatem aufert.

In hac compoſit. Fœſium ſecutus ſum, qui Præpoſitum Myrepſo præfert, licet contrarium Fuchſius cenſeat. Non ſat ſcio quare in pendendis granis dimidijs tam curioſi fuerint ſuperiores: cum tanta diligentia haud opus fuiſſe exiſtimem: ſed ſuum cuiq́ iudicium eſto: ego in his vt alijs ferè omnibus nihil mutare decreui.

LÆTIFICANS Raſis.

℞. Meliſſæ
Corticum citri
Caryophyllorum
Calliæ moſchatæ Meſu.
Maſtiches
Croci
Cinamomi
Nucis moſchatæ
Cardamomi maioris
Sem. Pæoniæ
Been albi
rubri
Zedoariæ
Doronici ſeu Galangæ Angelicæ.
Sem. Ocimi Caryophyllati
ana vnciam ſemis.
Moſchi ſcrup. vnum

Deſcribitur à Raſi 9. ad Almanſorem cap. 13. de Melancholia. Valet ad affectus cordis, ventriculi, iecoris: quas partes etiam roborat, palpitationem cordis emendat, valenter exhilarat, & concoctionem iuuat, coloremq́ viuidum efficit.

Priora exemplaria legebant moſchi drachmā vnā, grana quatuor, ego ſcrup. tantum reperio.

LAETIFICANS GALENI EX NICOLAO Præpoſito.

℞ Florum ocymi Caryphyllati, aut ſeminum ut alij.
Croci. Zedoariæ.
Xylobalſami aut Xyloaloes
Caryophyllorum

Corti-

Corticum citri
Galangæ
Macis
Nucis moſchatæ
Styracis calamitæ ana drach. duas ſemis
Raſuræ eboris
Sem. aniſi
Thymi
Epithymi ana drach. vnam
Oſſis de corde cerui, vel cornu Ceruini opt.
Margaritarum
Camphoræ
Moſchi
Ambræ ana drach. ſemis
Foliorũ auri. fol. quinquaginta.
Argenti ana ſcrup. vnũ fol. viginti quinq;.

Hæc compoſitio ſub nomine Galeni adulterata eſt, ex Nicolai præpoſiti Antidotario excerpta, ad cordis affectus & palpitationem, ventriculi ac hepatis intemperiem, coctionem enim iuuat, & corporis malum habitum propellit, coloris bonitatem & gratiam reddit, oris odorem cõmendat & vires debiles reficit.

Os de corde cerui.

Quia rariſsime legitimum habetur, ſubſtituo pro eo in omnibus compoſitionibus, cornu cerui uſtum, aut margaritas præp.

Fol. auri & argenti.

Ana ſcrup. unum. Folia auri 50. propemodum ſcrupulum ponderant, ut argenti folia. 25.

CONFECTIO LIBErantis incerti autoris.

℞. Radicum tormentillæ
Sem. acetoſæ
Endiuiæ
Coriandri præparati
Citri ana drach. vnam ſemis.

San-

Santalorum omnium
Dictãni albi ſeu Fraxinellæ
ana drach.vnam
Boli armeni præparati
Terræ lemniæ ana drach.duas
Margaritarum
Corallij vtriuſq;
Succini albi
Raſurę eboris
Spodij ex ebore ſeu eboris
Oſſis de corde cerui (uſti.
Been vtriuſq;
Doronici ſeu Angelicæ
Cardamomi
Cinamomi
Macis.
Ligni aloes
Caſiæ ligneæ
Croci
Zedoariæ ana drach.ſemis
Penidij
Sacchari candi
Serici crudi toſti & pulueri
Smaragdi. Hiacynthi.
Granati ana ſcrup. duos.
Florum Nympheæ
Bugloſſæ
Roſarum ana ſcrup.
vnum
Camphoræ grana ſeptem
Moſchi
Ambræ ana grana tria.

Eius uſus ut & ſequentis cordialis potiß. eſt in peſte, cor namq; à peſtis contagione maxime conſeruat & tuetur. Aliam antidotum Cordialem, ab hac non ita multum diuerſam, deſcribit Fuchſius 2.comp.medicam.ſectione quarta, quæ talis eſt.

℞. Dictamni albi
Zedoariæ.
Herbæ tunicæ.
Tormentillæ ana vnciam ſemis.
Pimpinellæ drachmas tres.

Dictamni Cretenſis.
Scordij
Trifolij odorati.
Ligni aloes ana drach. duas.
Sigilli Lemnij.
Boli armenij
Corticum Citri.
Croci.
Santalorum rubeorum.
alborum.
Ramentorum eboris ana drach. vnam.
Corallij vtriuſq;.
Carabe.
Vnicornu.
Phu.
Margaritarum.
Granatorum.
Hyacinthorum ana ſcrup. duos.
Serici toſti.
Antheræ.
Maſtiches ana drach. ſemis.
Oſsis de corde cerui ſcrup. vnum.
Moſchi.
Ambræ ana ſcrup. ſemis.

CONFECTIO CORdialis, Alexandrini Benedicti.

℞. Margaritarum.
Granatorum orient.
Spodij de ebore
Cinamomi
Tormentillæ
Boli armeni ana drach. tres
Terræ Lemniæ ſcrup. octo.
Santalorum omnium
Raſuræ eboris
Vnicornu ana drach. duas
Hyacinthi
Saphyri
Corallij vtriuſq;
Charabe ſeu ſuccini albi.
Valerianæ veræ
Dictamni. Zedoariæ.
Ligni aloes ana drach. vnam
Serici crudi toſti ſcrup. duos.
Oſſis de corde cerui drach. ſemis.

Been

Been vtriuſq; ana ſcrup. duos
Foliorũ auri numero quinq;
Ambræ
Moſchi ana grana decem.

Ad eadem prodeſt & quibuſdam efficatius putatur.

SPECIES CORDIA-
les temperatæ.

℞. Ligni aloes
Spodij ex ebore ana drach. vnam
Cinamomi
Caryophyllorum
Oſſis de corde cerui
Doronici ſeu Galangæ, ſeu Zedoariæ.
Been vtriuſq; ana drach. vnã ſemis
Margaritarum præp. drach. ſex.
Serici crudi toſti
Coralliorum rubeorum
alborum ana drach. duas.
Hyacinthi
Smaragdi
Saphyri ana drach. ſemis.
Croci ſcrup. vnum.
Ambræ
Moſchi ana drach. ſemis.
Foliorum auri
argenti ana numero decem.

Cor roborant. animi deliquio medentur, & in peſtilente lue commendantur.

MANVS CHRISTI SIM-
plex & cum Margaritis.

℞. Sacchari clarificati. libram vnam.

 Aquæ

Aquæ roſarum libram ſemis, coquantur ut eſt artis, & ſi velis cum margaritis adde in fine Margaritarum ſubtiliſs. tritarum vnciam ſemis.

Viribus deiectis medetur, febribus ardentibus, & delirijs, falſas etiam imaginationes abolet.

DIACODION ſolidum.

℞. Capitum papaueris albi, mediocri magnitudine, nec nimis viridium, neque ſupra modum maturorum numero viginti.

Aquæ pluuiæ aut fontanæ . libras tres.

Macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur donec contabuerint capita & colentur, ad extremum adde Sacchari ſufficientem, quãtitatem, & coquatur ut eſt artis.

Fit etiam cum ſapa, melle, vel vtroq; cum ſapa, ſi catarrhus tenuis in aſperam arteriam, pulmones & thoracem impetum minatur & inſomniam. Tunc enim mel, quia ſua acri ſubſtantia tenuat materias, noxium eſt. cum vero materia largior in pulmone vel thorace collecta, tergenda eſt & tenuanda, & habilis ad expuitionem reddenda, mel miſcendum, quod prædicta præſtat, prætereaq́ ſomnum conciliat. Si ambo ſcopi concurrant Mel & Sapa miſcenda. Actuarij compoſitione vtuntur in peruigilijs, fluxionibus à capite tenuibus, bilioſis & acribus ſeceſsibus, cholera laborantibus & intemperie calida. Sanguinis rectioni à viſceribus & thorace medetur. Hæc Fœſius.

DIACODION Actuarij.

℞. Capita papaueris magnitudine mediocri, & humidorum ac ſiccorum media numero tredecim. Ro-

Roſarum rub. drach.duas ſemis
Croci orientalis
Acaciæ
Glycyrrhizæ ana drach.vnam
Boli armeni vnciam ſemis
Cinamomi electi
Rad. conſolidæ maioris, aut Symphiti petræi.
Hypociſtidis
Balauſtiorū ana drach.vnam
Mirti
Dauci ana vnciam vnam
Corallij vtriuſq;
Sumach.
Sang.Draconis
Flor.Altheæ ana drach. duas.
Sem.Portulacæ drach.ſemis.

Capita papaueris in aqua fontana duobus diebus macerato, poſtridie ad tertias coquito, & decoctum expreſſum cum ſufficiente quantitate Sacchari decoquito, accipiendo ad librā vnam ſacchari ſpecierum ingredientium vnciam vnam, fiat confectio in rotulis.

Coeliacis, Dyſentericis, Leuitati inteſtinorum alij profluuio, vide Norimb. 182.

DIAPENIDION Nicolai.

℞.Penidiorum vncias duas, alij, drach.ſex ſemis.
Nucum pinearum
Amygdal.dulcium
Sem.Papaueris albi ana drach. tres, ſcrup.vnum.
Cinamomi

Caryophyllorum
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ
Zingiberis
Gummi arabici
Amyli candidiſſimi
Sem. Melonis
Cucumeris
cucurbitæ
citruli ana drach
vnam ſemis.
Camphoræ grana ſeptem.

Tuſsiculoſis, Pleuriticis, Peripneumonicis confert, omnem thoracis noxam, faucium aſperitatem, vocis raucedinem, & iacturam ex frigido & ſicco contractam emendat, tabidis & purulenta reijcientibus ſuccurrit, craſſos humores attenuat, & expulſioni aditum facit.

Præpoſiti hæc eſt deſcriptio, Alexandrini magis probat Fœſius, cuius componendi formulam docet, neq; tamen illud improbat, quòd in quo ſuperat, id præcipue ſine cuiuſquam exitio fiat, aut quòd nullibi magnum ſit diſcrimen, ut cuiuis euidens ſit. unum ab altero expreſſum.

DIAPRASIV
Nicolai.

℞. Praſij drach. quinq; ſemis.
Pinearum repurgatarum
Amygdalarum dulcium
Piſtaciorum
Carnium dactylorum
Caricarum pinguium
Paſſularum maiorum
Tragacanthæ ana drach. tres
ſemis.
Cinamomi
Caryophyllorum
Nucis moſchatæ
Macis
Ligni aloes
Galangæ
Spicæ Indicæ
Zingiberis

Zedo-

Zedoariæ
Glycyrrhizæ
Rhapontici
Anacardi
Styraciscalamitæ
Galbani
Terebinthinæ
Maſtiches
Myrrhæ rubeæ
Rad.Ireos
Ariſtolochiærotundæ
Gentianæ
Capparum corticum
Piperis nigri
Sem. Aniſi
Fœniculi
Anethi
Apij
Petroſelini Macedonici
Saxifragiæ ana drach. duas.
Hermodactylorum
Origani
Peucedani
Schœnanthus
Cardamomi
Piperis albi
Carui
Liguſtici
Vincetoxici ana drach. vnam ſemis, grana duo ſemis
Balſamitę (Balſami legit Coudenbergius & intelligit Opobalſamum.
Pulegij
Dictamni cretici
Coſti
Pyrethri
Thymbræ
Baſiliconis

Peoniæ

Peoniæ radicum vel ſem.
Piperis longi
Amomi
Sinoni
Orobi veri ana drach. vnam, grana duo ſemis.
Xylobalſami
Caſiæ ligneæ
Corallij rubri
Raſuræ eboris
Carpobalſami
Dauci Cret. aut Seſeleos ana drach. ſemis
Oſſis de corde cerui
Ambræ
Moſchi ana grana duodecim.

Confert Tabidis, tuſsientibus, ijs qui defluxionibus, deſtillationibusq́; è capite obnoxij ſunt. Item hebetudini oculorum, & palati vicijs, oris putredinibus, & in vniuerſum omnibus vicijs tuſsim afferentibus: Calculos atterit, & ijs qui difficulter mingunt, exhibetur.

Galbanum & Terebintina, Fuchſij conſilio, omittenda, ſi in formam ſolidam redigatur medicam. Idem ex græco codice addit Caſtaneas & pro Balſamita Balſamum legit. & pro Dictamno Abrotonum ex Græco codice.

Daucus Creticus verus ſumendus ſemine acri albo hirſuto oblongo. Coudenbergius.

ELECTVARIVM DE Geminis calidum, Meſuæ.

℞. Trochiſcorũ Diarhodon
Ligni aloes ana drach. quinq;
Margaritarum albarum
Zedoariæ
Doronici ſeu Galangæ
Corticum citri
Macis
Sem. Ocimi caryophyllati
Ambræ veræ ana drach. duas
Corallij rubri

Succini

Succini albi
Raſuræ eboris ana ſcrup. vj
Saphiri
Hyacinthi
Sardæ
Granatorum
Smaragdi aut Turchitis
Cinamomi
Galangæ
Zurumbeth (id eſt Zedoariæ rotūdę) ana drach. vnā ſemis
Been vtriuſq;
Caryophyllorum
Zingiberis
Piperis longi
Spicæ Indicæ
Folij
Croci
Cardamomi maioris ana vnam drachmam.
Foliorum Auri
Argenti ana ſcrup. duos
Moſchi drach. ſemis.

Ad frigidos affectus Cerebri, Cordis, Ventriculi, Hepatis, vteri efficaciſsim, Melancholicos, triſtes, ſine cauſa manifeſta timidos, ſolitarios iuuat, exhilarat, & ad mores probos inuitat: cordis tremorem & ſyncopen emendat, ventriculum à frigida intemperie imbecillum roborat, & coctione tum eius, tum hepatis, meliore reddita, corpus εὔχυμον reddit. Vniuerſi corporis refrigerationem corrigit, imbecillitatem reficit, lipothymias & uteri præfocationes ſanat.

Smaragdi.

Apud Meſuem legitur Peruzegi quod Turchitem modo interpretantur. vide Aromatum hiſtoriam fol. 199. & Bellunenſem.

Fœſius Med. hoc Diamargariton calidum appellat, & in ponderibus variat.

Alias deſcriptiones vide apud Meſ. diſtinct. 1. de Elect. fol. 72.

ELECTVARIVM DE Geminis frigidum.

℞ Margaritarum pręparatarũ drach. tres.
Spodij Arabum
Raſuræ eboris
Corallij vtriuſq; ana drach. duas.
Florum roſ. rub. drach. vnam ſemis.
Hyacinthi
Smaragdi
Saphiri
Sardæ
Granati
Santali albi
rubri
citrini
Florum Boraginis
Bugloſſæ.
Sem. acetoſæ
Baſiliconis
Been vtriuſq; ana drach. vnã
Oſſis de corde cerui drach. ſemis
Foliorum auri
argenti ana numero quindecim

Confert in magnis febrium inflammationibus, Iecinoroſis prodeſt, & appetentiæ deiectioni, ſyncopi, cordis palpitationi, tuſſiculoſis & Aſthmaticis.

ELECTVARIVM CONTRA peſtem, Ferdinandi Imperatoris.

℞. Boli armeni præp. vnciam ſemis
Raſuræ cornu cerui
Sem. citri
Arantiorum
Limonũ ana drach. tres
Diptami albi

Cina-

Cinamomi electi ana drach. duas

Caryophyllorum

Roſarum rubearum

Coriandrorum præp.

em. perforatæ

Raſuræ eboris ana drach. vnã ſemis

Xiloaloes

Nucis moſchatæ

Maioranæ

Granorum iuniperi

Oſſis de corde cerui

Sem. aniſi

Perfoliatæ

Rad. tormentillæ

Scabioſæ

Bugloſſæ

Santalorum omnium. ana drach. ſemis

Saphiri

Hyacinthi

Smaragdi

Rubini

Granati præparat. ana ſcrup. vnum.

DIAXYLOALOES,
Meſuæ.

℞. Ligni aloes crudi

Roſarum ana vnciam vnam

Caryophyllorum

Spicæ Indicæ

Macis

Nucis moſchatæ

Galliæ moſchatæ Meſuæ

Cubebarum

Cardamomi vtriuſq;

Cinamomi

Maſtiches

Cyperi rotundi *aut longi odorati.*
Schœnanthus
Zedoariæ
Been vtriuſq;
Folij aut Spicæ
Serici crudi toſti
Margaritarum
Corallij rubei
Charabæ ſeu ſuccini albi
Foliorum citri
Corticum citri
Ocimi caryophyllati
Siſymbrij Balſam. *Menthæ aquat.*
Menthæ ſiccæ
Maioranæ (quibuſdã deeſt)
Piperis longi
Zingiberis ana vnciam ſemis.
Ambræ drach. vnam ſemis.
Moſchi boni ſcrup. vnum.

Prodeſt malis ventriculi, cordis, & iecinoris frigidis, animæ defectioni, concoctioniq́, oris fœtorem abigit, læticiamq́ parit.

ROSATA NOVELla Nicolai.

℞. Sachari utaddũt Norimb.
Roſarum viridium.
Glycyrrhizæ ana vnciã vnam, ſcrup. duos ſemis.
Cinamomi drach. duas, ſcrup. duos, grana duo.
Caryophyllorum
Spicæ Indicæ
Zingiberis
Galangæ
Nucis moſchatæ
Zedoariæ
Styracis calamitæ
Cardamomi
Sem. apij ana ſcrup. vnum, grana octo.

Ad ventriculi & cordis imbecillitatem efficax eſt, his præſertim, qui diutino morbo conflictantur. Vomitum, ſtomachi ſubuerſiones, & nauſeas compeſcit. Præcipue valet ad ventriculi, hepatis, & cordis intemperiem cal. ſiccam, quæ ſitim vehementiſſ. & ardorem inducit, Cardiacis, & pulmonarijs ſubuenit, diſſolutas & relaxatas ventriculi vires reſtaurat, Sudores, qui plurimum exoluunt, & totius corporis vires exhauriunt, ſiſtit, vnde his qui diutino morbo extenuati ſunt plurimum confert.

DIAZINGIBER Nicolai.

℞. Zingiberis
Galangæ
Caryophyllorum
Cinamomi
Nucis Moſchatæ
Cardamomi vtriuſq;
Piperis longi
Macis
Spicæ Indicæ
Rhabarbari
Roſarum rub. ana grana quindecim
Sem. Aniſi
Fœniculi
Glycyrrhizæ
Croci ana drach. ſemis
Piſtaciarum drach. duas
Pinearum mundatarum vnciam ſemis.

Ventriculum frigidum roborat & firmat. Cordus & alij Nicolao adſcribunt hanc compoſit. cum tamen neq; in latinis nec græcis exemplaribus legatur, ut teſtatur Fuchſius 2. de com. poſ. Med.

CONFECTIO ZINGIBERIS cocti.

℞. Cinamomi electi drach. duas.
Nucis moſchatæ drach. vnam
Caryophyllorum ſcrup. duos

 Macis

Macis ſcrup.vnum
Incidantur omnia craſſe adde
Zingiberis tenuiſs. pulueriſati drach.ſex
Sacchari aqua roſarum diluti vncias ſedecim. Fiat confectio in morſellis:

Ad eadem ad quæ prius med.confert. Laxatiuum fit, ſi ſpecierum drachmis decem, Diagridij drachmæ duæ ſemis, & ſacchari vnciæ duodecim addantur, & fiant morſelli.

CONFECTIO AD vermes.

℞. Seminis ſancti vnciam vnam ſemis.
Farinæ lupinorum vnciam vnam.
Diptami albi
Indici ana vnciam ſemis
Cornu cerui vſti & præparati.
Scorpij veri ana drach.vnam ſemis
Croci drach.ſemis grana ſex.
Sacchari albi, aqua Abſinthij diluti quãtum ſatis eſt, fiat confectio ut eſt artis.

ELECTVARIVM DVcis Nicolai.

℞. Sem.aniſi drach.duas, grana ſedecim.
Glycyrrhizæ
Maſtiches ana ſcrup.duos grana quinq;
Chamædryos
Cinamomi
Zingiberis albi
Galangæ
Sem.Fœniculi
Carui ana ſcrup.vnum grana quindecim.

Caſiæ ligneæ
Calaminthæ
Pirethri
Piperis albi
longi
Cyperi rotundi
Schœnanthus
Rad. Ireos
Folij
Aſari
Sem. Dauci
Amomi ana ſcrup. vnũ.
Spicæ Indicæ
Croci
Gummi arabici
Tragacanthæ
Calami aromatici
Cubebarum
Caryophyllorum
Carpobalſami
Cardamomi.
Baccarum iuniperi
Rad. Pentaphylli
Acori
Rhabarbari
Nucis moſchatæ
Xyloaloes
Baſilici caryophyllati
Sem. Anethi
Liguſtici
Petroſelini Macedonici
aut noſtri Olusatri.
Seſeleos
Aſparagi
Citri
Ammios
Milij Solis
Saxifragię ſeu pimpi-
Scariolæ (nellæ
Nucleorum ſem. citruli
Cucu-

Cucumeris
Melonum
Cucurbitæ
Been vtriuſq;
Styracis calamitæ ana ſcrup. ſemis, grana quinq;
Penidiorum drach. quatuor ſcrup. duos ſemis.

Valet ad cruditatem & inflationem ventriculi & inteſtinornum, ileon & calculum, vrinæ retentionem.

Aliam compoſit. habet Raſis quam Cantharides ingrediuntur, vide Fumanellum de vrin. difficult. fol. 190.

ELECTVARIVM IVſtinum Nicolai.

℞. Cinamomi
Folij
Coſti
Spicæ Indicæ
Caſiæ ligneæ
Ariſtolochiæ rotundæ
longæ
Enulæ
Pentaphylli
Hyſſopi
Pulegij
Artemiſiæ
Leucopiperis
Baccarum Iuniperi
Lauri
Sem. Orobi veri
Petroſelini
Leuiſtici Liguſtici
Oluſatri
Vrticæ
Milij ſolis
Saxifragiæ (ſeu pimpinellæ noſtræ)
Aſparagi
Sileris montani

Apij

Apij
Anethi
Rutæ
Citri
Fœniculi
Aniſi
Rad. Pentaphylli Norimb.
ana drach. vnam ſemis.

De Orobo magna eſt inter doctos controuerſia. Dioſc. candidum erui ſemen eligit. Galen. de alimen. candidum pallido ac rufeſcente, longe minus præſtare ſcribit, quamobrem Braſſauola Galeni rationem minimè habuiſſe videtur, cum ſibi ex Dioſc. tantùm ſententia perſuaſerit, albũ Erui ſemen in medicam. uſu tam rufum quam pallidum viribus antecellere. Matthiolus in Dioſcor. Neceſſe eſt autem omnino amaritudinem habeat, id niſi tale ſit ἀντιβαλλόμενον ſubſtituendum cenſet Geßnerus, id quale ſit, vide in Trochiſcis ſcilliticis.

Fuchſius Ciceris nigri ſemen ſubſtituit, ſed & illud amaritud. caret. Valet ad dolorem renum calculos atterit, & difficultati vrinæ ſuccurrit.

LITHON TRIBON
Nicolai.

℞. Spicæ Indicæ
Zingiberis
Xylobalſami aut Xyloaloes
Acori aut calami aromat.
Cinamomi
Rad. Peucedani
Meu, aut ſeſeli Cretici
Trium piperum
Saxifragiæ ana drach. duas ſemis.
Opobalſami aut olei iuniperi ex granis. aut nucis Moſchatæ
Caryophyllorum
Coſti
Rhapontici
Glycyrrhizæ
Cyperi rotundi

Tragacanthæ
Chamædryos
Sem.Oluſatri
Apij
Ammeos
Aſparagi
Ocimi
Vrticæ
Citri ana drach.vnam, grana quindecim.
Folij aut Macis
Croci
Schœnanthus
Caſiæ ligneæ
Bdellij
Maſtiches
Ireos
Sem. Amomi, Sinoni vel Dauci.
Liguſtici
Milij ſolis
Petroſelini Macedonici
Seſeleos
Cardamomi
Anethi
Euphorbij
Lapidis lyncis aut Iudaici aut Electri, Norimb.
Olei nardini, compoſ. Meſ.
Olei Moſchellini, aut macis, ana ſcrupulum vnum, grana quatuor.

Vide ſuccedanea quorundam in pharmacopœia Bergomenſi, fol. 143.

Nephriticis, ſtranguriæ, & dyſuriæ ſuccurrit, iliorum, lumborum, et renum grauitates, obſtructiones à frigidis et craſſis ſuccis ortas compeſcit, veſicæ & renum calculos potentiſſime diſſipat, atq; inde expellit, & miram vtilitatem nephriticis exhibet. Fœſius. Idem addit ex Nicol. Olei Myrtini ſcrupulum, Moſchi grana quatuor, pro quibus cæteri omnes olei Moſchell. ſcrup. & grana quatuor.

COM-

COMPOSITIONES NARCOTICÆ quæ & Opiatæ dicuntur.

Opiatæ dicuntur ab Opio ut plurimum has compoſitiones ingrediente, Narcoticæ quod frigiditate ſua ſtuporem inducant frequenti vſu, quare diligenter illud Gal. 6. Epidemiorum aduertendum, cum inquit, τὸ ναρκῶσαι κατὰ μόνας τὰς σφοδρὰς ὀδύνας γίνεται ποτὲ χρήσιμον. ναρκὴ γὰρ μετρία, ὀδύνης λυτική. ἐὰν γοῦν τοῖς σφοδροτέροις ἢ πλείοσι χρήσηταί τις τοῖς ναρκωτικοῖς φαρμάκοις, καταψύχεταί τε, καὶ νεκροῦται τὰ σώματα.

THERIACA ANDROmachi ſenioris, ex Galeno. ἡ πρὸς ἀντιδότων.

℞ Trochiſcorũ ſcillyticorum drach. quadraginta octo ſeu vncias ſex. 1

Trochiſcorum de vipera 2

Piperis longi

Opij ſeu ſucci papaueris

Magmatis hedychroi ana drach. viginti quatuor, id eſt, vncias tres.

Roſarũ rubearum exiccatarũ. 3

Iridis Illyricæ, aut Florentinæ.

Succi Glycyrrhizæ

Seminis buniadis dulcis, ſeu Napi agreſtis & ſatiui.

Scordij cretici comarum

Opobalſami, ſeu olei ex nuce moſchata expreſſum.

Cinamomi

Agarici ana drach. duodecim

Myrrhæ 4

Coſti odorati ſeu Zedoariæ

Croci orientalis Corycij

Caſſiæ ligneæ veræ.

Nardi Indicæ

Schœnanthus Iunci odorati
Thuris maſculi pellucidi
Piperis nigri
albi Aglaiæ
Fol. dictamni Cretici
Comarum marrubij *σφαιρίων*,
Rhabarbari Rhei
Stœchadis Arabicæ ex Cycla.
Sem. petroſelini Macedonici
Nepithę ſeu Calaminthę mō-
tanæ odoratæ
Terebinthinæ chiæ aut acris
Lybicæ.
Zingiberis
Rad. Pentaphylli, ſeu quinq;
folij racemoſi ana drach.
ſex.
5 Polij cretici
Chamæpyteos Ramorum
Styracis calamitę
Meu Angelicæ
Amomi racemoſi. Cal.arom.
Nardi celticæ
Terræ Lemniæ veræ
Phu Pontici Valerianę noſtrę
Chamædryos cretici comarū.
Fol. Malobathri Macis & Ca-
ryoph. ana partes æquales.
Chalcitidis toſtæ
Radicis Gentianæ
Aniſi torrefacti. *Fricti potius*
Succi hypociſtidis
Carpobalſami Cubebæ
Gummi arabici ſplendidi
vermiculati.
Sem. fœniculi cretici aut no-
ſtri ſi deſit.
Cardamomi maioris Idæi
Seſeleos fragilis Maſſil. *ψαφαροῦ*.
Acaciæ (*lachrymæ cæruleæ ſpinæ*)
Thlaſpios

Thlaſpios
Comarum Hyperici cretici
Ammeos
Sagapeni ana drach. quatuor.
Caſtorei 6
Ariſtolochiæ tenuis *longæ*
Sem. Dauci Cretici
Bituminis Iudaici Aſphalti.
Opopanacis
Centaurij minoris comarũ.
Galbani recentis ana drach. duas.

Mellis deſpumati triplum, id eſt, lib. quatuordecim, vncias quinq;, drach. duas.

Conficitur hoc modo ſecundum Galenum. Herbæ, flores, fructus, ſemina, radices, corticès, trochiſci, terra lemnia, chalcitis, bitumen, diligentiſsime teruntur piſtillo ferreo in mortario æneo, & cribro ſubtiliſsime traijciuntur, ſemine thlaſpios, napi ſylueſtris, & croco exceptis, quę per ſe teruntur, vinoq; rigantur, ne mortario interiori hæreant, & ut commodius conterantur. Gummi ſucci & Caſtoreum per ſe terantur, affuſo vino ut cõmodius teri poſſint. In ipſo compoſitionis tempore, omniumq; rerum mixtura. Terebinthina duplici vaſe cũ modico mellis primum liquefiat, deinde opopanax, galbanum, ſagapenũ, exacte prius trita affuſo pauculo melle, ut melius vniantur. Poſtea duplici vaſe co-

quuntur cum Terebinthina, donecad iuſtam conſiſtentiã redacta fuerint, his admiſcetur pars aliqua contritorũ, vino etiã diſſolutorum, donec mellis conſiſtentiam conſequantur, deinde in mortariũ vaſtæ magnitudinis effundũtur in hunc modum. Primum pars aliqua eorum quæ duplici vaſe liquata ſunt, eaq; tepida probe agitentur rudicula, & ſic conſequenter de reſiduo faciendum, donec omnia probè vnita ſint, & hæc quidẽ ad ſolem ut facilius fiat, continuo agitando, & tundendo, pila ferrea inuncta oleo nucis moſchatæ, vt facilius agitari poſſint, & oleum reſiduũ reliquis miſceatur alioquin facile piſtillo medicamẽtum adhæreret, & difficilior fieret agitatio. Hæc per quatuor aut quinq; dies continuos agitanda ſunt, & rurſus elapſis ſex aut ſeptem diebus iteranda agitatio per duos menſes, deinde reponitur medicamentum vaſculis plumbeis aut terreis bene coctis & vitreatis. Chalcitis quæ in hoc medicamentum venit, ſic præparanda eſt. Illius bona quantitas, aut drachmas non pauciores quadraginta in ollam crudã operculatam conijciatur ſuccenſis carbonibus coquatur, eaq; liquata vbi bullas emiſerit, partem ſupernam in marmor effundes,

fundes,atq;illic in vmbra permittas donec frigeat. Inde ſolummodo capies quod ſuperne ſpumeum fuerit, quodque cinerei eſt coloris, aut praſſij non quod flauum eſt, theriacam enim colore flauo non nigro inficeret, ea porro drachmarum quatuor pondere vino trita & diluta medicamento admiſcetur.

Deſcribitur à Galeno 1. de Antid. & de Theriaca ad Piſonem, nobiliſsima hæc Antidotus,quæ ante à tranquillitate, quam ægris præſtabat γαλύνη dicta eſt, cuius parandæ modus ab antiquitate paululum hoc noſtro æuo differt, ita enim parare eam conſueuimus. Semina Ammeos orient.fragrantiſs. Aniſi, Dauci, fœniculi, Buniadis, id eſt napi ſylueſtris, Seſeleos, Thlaſpios (in eius defectu ſubſtituitur ſemen naſtur. noſtri) hæc ſimul in tenuiſsimum puluerem redacta, & per anguſtiſsimum cribrum tranſmiſſa ſunt, Radices Ariſtolochiæ (longam ſumpſimus) Coſti (Zedoariam ſubſtituo) Gentianæ, Iridis Illyricæ, Meu Phu, (Valerianam noſtram paruam ſumpſi.) Quinq; folij, in puluerem tritæ & tranſmiſſæ ſunt cribro. Poſt Calamintha, Centaurium minus, Chamedrys, Chamæpitys, Dictamnus, Hypericum, Polium, Scordium, Nardus Celtica,ſeu ſpica Romana, pari ratione trita & in puluerem redacta. Tum Calamus aromaticus (hunc loco Amomi ſumo) Cardamomum, Carpobalſamum ſeu Cubebæ, Tria piperum genera, & Zingiber ſimul tuſa & cribrata, Inde flores Roſarum, Schœnanthus & Stœchadis, tum Cinamomum & Xylocaſia. Sequentia porro ſingula per ſe trita, Agaricus traijcitur per ſetaceum, Aſphaltus ſeu bitumen Iudaicum, Caſtoreum, Chalcitis ſeu Cuperoſa alba, Crocus, Folium ſeu Macis loco eius, & Caryoph. partes æquas. Gummi, Myrrha, Nardus, Indica, Rhabarbarum, Styrax, Thus, Terra Lemnia, Troch. Hedichroi, Scillitici & Theriacales. His pulueribus in aheno magno ſimul commixtis, & per aliquot horas hinc inde agitatis omnibus ſimul cribro denuo tranſmiſsis, exceptis Chalcitide, Myrrha, Styrace, & terra Lemnia,in commixtionis tempore, Terebinthina cum modico mellis deſpumati in diplomate liquefacta, & per linum ſetaceum colata, adijciebatur Cacabo magno, in quo mellis potiſsima quantitas continebatur, ſuper prunis tepeſcens, qua ſubacta & diligenter permixta poſtea Galbanum, Opopanax, Sagapenum, aliquantulum contuſa,

aſſuſoq;

affuſoq; vino Cretico modeſte diſſoluta, & per linteum rarum fortiter expreſſa, iterumq; ad iuſtam conſiſtentiam redacta melli mixta ſunt. Tum Myrrha per ſe in puluerem redacta, vinoq; diluta admixta eſt. Tum Styrax oleo nucis moſchatæ diluta, Mox Opium cum Hypocyſtide ſimul vino cretico dilutum, deinde ſuccus acaciæ, & Liquiritiæ. Aheno deinde ſeu Cacabo à prunis remoto inter agitandum ſemper aliquid de pulueribus ſimul miſtis inſperſum eſt, vt & circa finem terra Lemnia, ad extremum ubi probè refrixerit mel, adiectum Opobalſamum ſeu oleū è nucibus moſchatis expreſſum, quod ego ſubſtituo potius quam oleum Caryophyllorum, in modico melle dilutum & liquefactum adijciendum ceteris, & tum quoq; Chalcitis vino Cretico diluta, quæ ita erat præparata, ex deſcrip. Pandectarum & ſententia ſeu conſilio Reinerij Solenandri Medici Clariſs. qui anno Chriſti 1566. tum examini ſimplicium & componendi rationi intererat, quo tempore noſtram Theriacam parabamus. Cuperoſa eſt ſpecies Vitrioli, albi coloris, & ſi eſt recens, eſt tranſparens, veluti Cryſtallus: vetuſta opaca, ſed alba, & friabilis, ſicut vitriolum: diſſoluitur aqua Roſacea, & colatur per pannum, deinde exiccatur ad ſolem, fit id ter vel quater. Et hoc modo præparatum vitriolū ſumpſimus pro Chalcitide. Vide Pandectas Lugdunenſes, fol. 171. Mellis triplum ſumo in hac compoſ. vt & cæteris plerisq;. Licet Gal. ex Andromacho, & hunc imitatus Fœſius, Fuchſius, Rondeletius, & alij pleriq;, omnes libras tantum decem ponant. Sunt ſpecierum in vniuerſum in hac compoſitione unciæ quinquaginta ſeptem, & ſex drahmæ, id eſt, libræ quatuor, vnciæ nouē, drachmæ ſex. Triplum mellis conſtituit libras quatuordecim, vncias quinq;, drachmas duas, alij ſumunt deſpumati 916. drach. Vini 318. Vini Cretici tantum ſumo, quantum ſufficit ad deſpumādum mel, & diſſoluendos ſuccos & lachrymas.

Obſeruandum hoc loco Fœſium & Fuchſium, inſuper addere huic Theriaces compoſitioni Botryos vnciam ſemis. Rondeletium de ponderibus medicin. Apij ſemen pond. eodem. Aetium Abrotoni drachmas duas, quæ ſi adijciantur & Mellis triplum ſumatur, conſtituet libras quatuordecim, uncias nouem. Reponendum medic. poſtquam diebus quadraginta probe agitatum fuerit, donec ferueſcat, loco tepido & ſicco, poſtquam ſubſederit, frigido ſicco, vaſis commodis non valde expletis, ſed loco quodam quo tranſpirare efferueſcens ſe attollere poſſit, ne effluat, probe tectum atq; obligatum. Galenus ſuo tempore argenteis & inauratis vaſis reponebat, in quibus vult ſpacium aliquod relinquendum quo perſpiret, ad hæc operculum ſæpe detrahendum eſſe, ut liberius exhalet.

Chalcitidem quidam huic compoſitioni abdicant, nō tam coloris lenocinio quam grato medicamenti ſapori intenti. ſed peritiores (in quorum ſententia erat etiam Conradus Geſſnerus Tigurin)

Tegurin) omnino addendā cenſent, quoniam & Andromachus ante Gal. addiderit & magnam eius vim eſſe conſtet: vt imperitiſſ. fecerint, ſi qui coloris tantū cauſa addiderint, tale enim ἄποιον & nulla inſigni facultate præditum eſſe oportebat, & in Antidoto Nicolai Myrepſi 327. adiecta eſt Chalcitis aſſata, non ſane coloris cauſa, ſed propter vim ei, ſiccando aſtringendoq́; peculiarem.

Theriacæ vires ex Galeni monumentis, ſic decerpunt Actuarius & Alexandrinus. Ipſa aduerſus maxima mala Medicam. alexiterium eſt expertum. Datur in venenatis Medicam. aut venenatorum plagis, nucis ponticæ magnitudine, cum vino. Capitis dolores diuturnos, vertigines, auditus graues, hebetudines oculorum, guſtus inſtrumentum debilitatum, comicialem morbum, Orthopnoicos cum mulſa potum ſanat, diſſecans, attenuans, & eductu faciles reddens humores. Succurrit etiam recenti & veteri tuſſi, & ijs quibus thorax dolet. Conuenit ſanguinem expuentibus, ſiue à thorace, ſiue à pulmone eductio fiat, ſiquidem recens eductio ſit cum poſca, inueterata vero cum aqua decocti radicum ſymphyti mane & veſpere. Stomachi vicia, ventriculi difficilem coctionem, & imbecillitatem emendat. Inflationes ſtomachi, & inteſtinorum cruciatus ſedat, colicos & ileoſos placat. Valet etiam in cardiacis, & ijs qui animo linquuntur, & cholericis, Lumbricorum omne genus mirabiliter exigit, cum ſucco menthæ data Hepaticos affectus, itemq́; morbo regio laborantes ſtrenue curat. Induratos lienes liquefacit, ſordes in ijs conſumens cum Oxymelite data. Deterit & lapides renum, cum decocto apij & petroſelini, aut ſemine dauci, aut quorundam aliorum, & difficilem mictionem Veſicæ, & in ipſa exulcerationes interdum ſanat, cum decocto chamæmeli, febre carentibus data, aut cum vino dulci. Præbetur in omnis generis rigoribus diuturnis, maxime verò Quartanis, ſi quis ea artificioſè vtatur, hoc eſt poſt inclinationem. Datur etiam hydropicis, cum Aſari decocto, & ſimilibus malis, potiſſimum vero ijs qui Anaſarca laborant. Elephantia quoq; correptis ſæpe auxiliatur, & partium corporis reſolutiones in potu accepta ſæpè ſanat. Mulierum purgationes mouet, & mortuos fœtus eijcit, data cū paſſo aut aqua mulſa, ruta tamen aut dictamno prius in ijs liquoribus infectis fabæ magnitudine. Podagra afflictis, & articulorum defluxione infeſtatis conducit, poſt inclinationem non ſemel tantum, ſed multoties pondere drachmæ vnius pota, pro viribus & ægri temperamento. Opitulatur dolentibus etiam impoſita. Admirari vero oportet hanc antidotum, quod non modo corpori, verum etiam animo male affecto medetur. Ex atra enim bile natas diuerſas imaginationes, hoc medicamentum exhibitum ſedat, è vaſis lienis atram bilem veluti eluens & exhauriens, quemadmodum etiam ex ferarum ictu illatum venenum, & aquæ formidinem (hydrophobiam vocant)

cant) peſsimum ſane & curatu difficilem morbū, aut potius incurabilem, aſsidue data ſæpe ſuſtulit. In peſtilentibus ſimiliter conſtitutionibus præſumentes ipſam hoc malo corripi prohibet. Hyemis tempore iter facientibus conſulo vt ex ipſa ſumant, eſt enim veluti bonum viſcerum integumentum, quod plurimum ijs qui eam ſumpſerunt calorem exhibeat. Dare oportet hoc medicam. cum probe coxerit qui ipſum accepturus eſt, neq; cibis refertus ſit. Bibat autem ieiunus, & iube ut ſufficienti tempore à cibis abſtineat, quo medicam. concoqui poſsit. Inſpicere vero etiam oportet tempus, & ætatem eius qui ſumpturus eſt. Aeſtate enim neq; omnino dabis. neq; in vigore ætatis exiſtentibus, ut qui plurimum habeant caloris, neq; ſæpius medicamentum exhibendum eſſe moneo. ijs vero qui iam vitæ declinationem attigerunt, pituitoſis, nauſeabundis, & cruditate laborantibus, ijſq; qui cibum non appetunt, ex Melancholia aut frigiditate, hanc ſæpius & plurimum exhibere conuenit. Similiter etiam ijs qui ſtomachi inflatione laborant, & vteri malis, cum vino bono ac veteri conſulo frequenter ſumendam. In bilioſis vero, febricantibus & pueris, omnino eius exhibitionem vitare oportet. Maior enim eius eſt facultas, quam vires eorum tolerare poſsint: eo quòd illorum corpora facile diſſoluat, & innatum ſpiritum celeriter extinguat.

Nolui hoc loco præterire Andromachi Theriaces compoſitionem, à Medicis Romanis & Bononienſibus correctam & præparatam, & ab amico ſingulari & collega D. Luca Stenglio mihi communicatam, quæ ſic habet.

℞. Trochiſcorum Scilliticorum vncias ſex.
Troch. de Viperis.
Hedrychroi.
Piperis nigri ana vncias tres.
Troch. de Camphora.
Opij.
Succi infuſionis roſarum inſpiſſati.
Scordij Cretici & noſtri.
Sem. napi ſylueſtris.
Iridis Florentinæ.
Succi Glycyrrhizæ.
Agarici.
Cinamomi.
Fol Cardui benedicti.
Balſami Indici.
Croci orientalis ana vnciam vnam ſemis
Myrrhæ.
Zingiberis.
Rhapontici veri.
Rad. Pentaphylli.
Tormentillæ.
Calaminthæ montanæ
Comarum Marrubij
Stœchados.
Rad. Coſti.
Zedoariæ.
Piperis albi.
longi.

Dictamni cretici.
Thuris maſculi.
Sem.Petroſelini Macedonici Smyrnij, id eſt, Oluſatri non hippoſelini.
Florum Schœnanthus.
Myrobalanorum Emblicorum vel Chebulorum.
Terebinthinæ Cypriæ.
Caſiæ ligneæ.
Spicæ Indicæ ana drah. ſex.
Gentianæ.
Comæ polij montani.
Styracis calamitæ.
Sileris montani.
Abrotani.
Sem.Thlaſpios ſeu Iberidis, ſeu naſturcij albi.
Sem. Ammios.
Chamædryos
Chamepityos
Succi hipociſtidis
Lentiſci.
Fol. Malobatri ſeu Macis.
Nardi Celticæ ſeu ſpicæ Rom.
Sem.aniſi.
Fœniculi.
Rad. Meu vel Imperatoriæ
Terræ Lemniæ veræ.
Chalcitidis ſemiaſſatæ.
Amomi vel Caryophyllorũ vel calami odorati.
Rad. Phu minoris.
Carpobalſami ſeu granorum iuniperi.
Cubebarum.
Comarum hyperici.
Acaciæ vel ſucci Lentiſci.
Gummi Arabici vel iuniperi.
Cardamomi maioris (minus melius.)
Rad. Angelicæ optimæ.
Imperatoriæ.
Vincetoxici.
Ariſtolochiæ rotundæ
Aſari.
Succiſæ.
Diptami albi.
Serpentariæ.
Roriſmarini.
Saluiæ minoris.
Scabioſæ.
Cornu cerui uſti.
Enulæ campanæ.
Pimpinellæ.
Origani Cretici, ana vnciam ſemis.
Sem. Dauci Cretici vel ſem. pimpinellæ.
Galbani.
Opopanacis.
Sagapeni.
Aſphalti vel ſuccini albi.
Rad. Cruciatæ.
Caſtorij.
Ariſtolochiæ longæ
Baccarum Lauri ana drachmas duas.
Mellis duplum.

Vini Cretici, quantum ſatis eſt.
Conficiatur ſecundum artem.

THERIACA DIATESſaron Meſuæ

℞. Gentianæ
Baccarum lauri
Myrrhæ
Ariſtolochiæ rotundæ ana vncias duas
Mellis libras duas.

Græcorum hæc eſt compoſitio, ut ex nomine patet, quam Arabes mutuati ſunt. deſcribitur ab Auic. & Meſ. Ad venenatos morſus & potus efficax. omnesq́ cerebri frigidos affectus, conuulſionem, reſolutionem, morbum comicialem, Spaſmum Cynicum, ventriculi inflationem, & coctionis tarditatem. Venenatis ictibus. admota & epota benefacit. Hanc paßim agyrtæ & circumforanei circumferunt, & pro magna theriaca venalem exhibent.

THERIACA COMmunis.

℞. Rad. Enulæ lib. ſemis, vncias quinq; drach. ſeptem
Ariſtolochię rotundæ, lib. ſemis, vnciam vnam ſemis.
Granorũ iuniperi
Zedoariæ
Scordij
Chamædrios
Chamæpityos ana vncias tres, drach. ſex.
Ariſtolochiæ longæ
Comarum hyperici
Scabioſæ
Sem. Rutæ
Sauinæ ana vnciam vnam ſemis, drach duas
Betonicæ
Saluiæ domeſticæ

Praſſij

Praſſij
Spicæ Romanæ
Baccarum lauri
Rad. Gentianæ
Diptami albi
Tormentillæ
Calami aromatici ana vnciā vnam ſemis
Meu
Phu
Pimpinellæ
Sem. Ammios
Carui
Macis
Santali rubei
Succini citrini
Foliorum Meliſſæ hortenſis
Mentæ rubeæ ana drach. ſex.
Caſtorei
Abſinthij
Calamenti montani
Zingiberis
Piperis nigri ana drach. tres
Nucum iuglandium numero ſexaginta.
Cuperoſæ præp. vnciam vnā ſemis.
Olei Terebinthinæ
Olei iuniperi è baccis ana vncias tres.
Oxymellis Scillitici libram
Boli arm. or. præp. lib ſemis
Opij Thebaici
Corticum Citri ſiccorum
Sulphuris viui præpar. ana vncias tres, drach. vnam, grana quinq;.
Cornu cerui præp. vnciā vnā ſemis, drach. ſemis, grana duo.

Succi Corticum fraxini
vncias tres
Vini Cretici lib. vnam.
Mellis opt deſpū. triplum.

Simplicibus ſingulis ſuo tempore collectis & artificioſe præparatis fiat Theriaca in bona forma.

Theriacam hanc communem omnium Medicorum & totius collegij noſtri conſenſu, ad hunc modum, huc vſq; præparauimus, & in poſterum quoque parandam cenſemus. Licet Conradus Geſsnerus (piæ & reuerendæ memoriæ æui noſtri med. clariſs.) alia quædam addenda cenſeat, quæ nos ſtudio prætermiſimus, de quibus conſule priorem æditionem. Anni 1574. in ſcholijs.

MITHRIDATIVM DAmocratis ex Græcis verſibus.

℞. Myrrhæ Arab. Troglodyt.
Croci
Agarici
Zingiberis
Cinamomi
Spicæ nardi
Thuris electi
Thlaſpeos ana drach decem.
Seſeleos 2
Opobalſami. *Ol. nucis moſchatæ.*
Schœnanthus
Stœchadis
Coſti veri aromat. aut ſuccedanei
Galbani
Terebinthinæ
Piperis longi
Caſtorij Pontici
Succi Hypocyſtidis
Styracis bonæ
Opopanacis
Folij ana vnciam vnam.

Caſiæ

Caſiæ ligneæ 3
Polij
Piperis albi
Scordij
Sem. Dauci Cretici
Carpobalſami
Cypheos Trochiſcorum
Bdellij ana drach. ſeptem
Nardi celticæ purgatæ 4
Sem. Petroſelini
Gummi
Opij
Cardamomi
Sem. fœniculi
Gentianæ
Foliorum roſarum
Dictamni Cretici ana drach.
Aſari. quinq; b.p.
Aniſi
Ariſtolochiæ rotundæ *Ireos ſubſtitunt Patauini.*
Acori *Calami aromatici.*
Phu
Sagapeni ana drach. tres
Mei Athamantici *ſeu Angelicæ.*
Succi Acacię. *Prunellorũ ſylu. noſtrorũ.*
Ventris ſcinci veri
Summitatum hyperici ana drach. duas ſemis.
Vini quantum ſatis eſt.

Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras nouem, vncias octo, drachmas duas.

Eam eſſe puto compoſit. quæ à Dioſc. lib. 6. in præfatione μεγάλη μιθριδάτειος appellatur & hanc cum Mithridatium ſimpliciter legitur aut nominatur, intelligendam puto, ea enim inter alias antidotos Mithridati attributas, plurima ſimplicia recipit, & quanquam ſcincum etiã recipiat: non tamen hanc διὰ σκίγκου, priuatim dictam eſſe coniicio, ſed alteram quæ Mithridatis Eupatoris cognominatur, ac Scinci amplius accipit, vt vel ea, vel ἡ διὰ τῶν αἱμάτων.

Mithri-

Mithridatios minor dicatur. Aegineta quidem deſcriptionem Damocraticæ ſimilem habet, & διὰ σκίγκου, inſcribit, ſed maior authoritas eſt Galeni, qui ſecundo de antidotis non aliam διὰ σκίγκου, quàm Mithridatis Eupatoris facit. Hæc Damocratica quæ ab eodem Gal. 2. de antid. deſcribitur, omnium doctorum communi ſuffragio in vſum reuocanda potius, quam ea quæ in prioribus exemplaribus nomine Mithridatij Andromachi extabat, quæ à Gal. deſcribitur 2. de Antid. ſtatim à principio. verùm hac forte nō vſus eſt Mithridates, ſed illa quā deſcribit Gal. 2. de Antidot. fol. 447. in baſil. edit. quam appellat Μιθριδάτου θηριακὴν, *qua uſus eſt tum Mithridates, tum Andromachus, ut idem Gal. teſtatur, inquiens.* ταύτῃ ὁ βασιλεὺς Μιθριδάτης ἀεὶ ἐχρῆτο. πρ οφυλακῆς χάριν θαυμασίμου, ἡνίκα γοῦν ὑπὸ ῥωμαίων ἑάλω, διὰ σπιῶν θανάσιμον, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἀποθανεῖν, ξίφει ἑαυτὸν διεχρήσατο. πρὸς τὰ θανάσιμα δὲ τῶν φαρμάκων ποιεῖ, καὶ παντὸς ἰοβόλου πληγὴν, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἐντὸς διαθέσεις, ταύτῃ ἐχρήσατο ὁ Ἀνδρόμαχος. *Compoſitio ſic habet, quæ emendatior eſt ex Andrea Lacuna, quam ſit in Græco.*

Μιθριδάτου θηριακὴ

℞. *Troch. Scilliticorum, drachmas quadraginta octo.*
Troch. Theriacorum.
Piperis nigri.
Hedychroi.
Opij ana drach. viginti quatuor.
Roſarum ſiccarum.
Scordij.
Sem. Napyos.
Iridis Illyricæ.
Agarici.
Cinnamomi.
Succi Glycyrrhizæ.
Calaminthæ montanæ
Marrubij.
Petroſelini.
Stœchadis.
Coſti.
Piperis albi.
longi ana drachmam vnam.
Meu.
Aſari.
Acori.
Sem. Dauci,
Sanguinis anſerini ſicci.
anatis ana drach. tres.

Excipiuntur melle Attico cocto.

Porro hæc Antidotus nobis hactenus nō fuit in vſu, ſed Damocratis potius, quare eam aliquando parari iuſsi, præterita alia quæ Andromacho & hac quæ Mithridati adſcribitur: quam ſi quis parare velit, cuiq; liberum eſto.

Obſeruandum quod in Græcis Damocratis carmi-

carminibus legitur ἀνίσου τε καὶ ἀρίου, Arion nomen mutilum eſt, Martianus Rota interpres Aſarum legit. Cordus Aron, ego neutrum probo, vtrumuis enim legas non impletur verſus, Aegineta omnino præterijt. Quod ſi verſum ita legas, conſtabit, ἀνίσου τε καὶ ἀριστολοχίας στρογγύλης. Et Ariſtolochia Mithridatio conuenit, cum & in alia eius deſcriptione, ſicut & alijs quibuſdam antidotis legatur. Patauini legunt Ἀνίσου τε καὶ ἀσάρου τεγ. τῆς ἴρεως.

Mithridatios Antidotus celeberrima ad lætales & venenatos morſus à Mithridate, Ponti & Bithyniæ rege, famam & nomen accepit. Valet ad capitis, aurium, oculorum, dentium, pulmonum, ventriculi, inteſtinorum affectus frigidos, hoc eſt pituitoſos, Melancholicos, ſeu ad ſtuporem, paralyſim, apoplexiam, Epilepſiam, ſpaſmum. tetanum, cephalæam, hemicraniam, maniã, melancholiam, grauem auditum, oculos lachrymantes, odontalgiam, cynanchen. Aſthma, ſputum ſanguinis, peripneumoniam, lienteriam, dyſenteriam, ſiue ſumatur ſiue admoueatur. Præterea ad frangendos calculos, menſes ciendos, omnia vteri vicia, ſcirrhos, podagras, morſus & ictus venenatos, morſum canis rabidi, ad febres quotidianas & quartanas, initio acceſſionum. cocta iam materia, in modum auellanæ cũ vino vel aqua, cui ſaluia vel menta ſit incocta, in alijs autem veſpere ſumpta vel admota. Diuturnis ſtomachi defluxionibus & thoracis prodeſt. Tabidis, ventris inflationibus cœliacisq́; medetur, bonum corporis colorem conciliat, appetentiam immutatam reſtituit, ex morbo languido reficit, difficultatem vrinæ ſanat. Melancholiam non ſinit conſiſtere, mortuum fœtum eijcit, viſum acuit, præſumpta non permittit lædi à letalibus pharmacis. Omnibus in profundo corporis factis exulcerationibus & abſceſſibus benefacit. Vide Norimb. fol. 66.

AVREA ALEXANdrina Nicolai.

℞. Aſari
Carpobalſami
Sem. Hyoſcyami albi ana drach. duas ſemis.
Caryophyllorum
Opij Thebaici
Myrrbæ (Baccarum Myrti Actuar.)
Cyperi rotundi ana drach. duas.

Opobalſami (ſeu olei caryo-
phyllorum,vel nucis
moſchatæ.)
Cinamomi
Euphorbij
Folij
Zedoariæ
Zingiberis
Coſti veri
Caſſiæ ligneæ veræ
Corallij
Tragacanthæ
Thuris maſculi
Meu, *Seſeli Cretici,vel Sinonis ſem.*
Styracis calamitæ
Saluiæ (aliæ Nardi celticæ)
Cardamomi minoris
Sem. Seſelees
Sinapis (Apium ponit
Act. Napi P. Coud.
& Norimb.)
Saxifragiæ
Anethi (omittit Act.)
Aniſi ana drach. vnam
Ligni aloes
Rhabarbari (aut rhapontici
veri.)
Aliptæ moſchatæ
Caſtorei
Spicæ Indicæ
Galangæ
Opopanacis
Anacardij præparati
Maſtiches
Sulphuris viui
Rad. Pæoniæ
Eringij
Roſarum (omittit Act.)
Thymi
Acori veri, ſeu calami arom.
Pulegij

Pulegij (Halicacabum ponit
Actuar.)
Ariſtolochiæ longæ
Gentianæ
Corticum rad. Mandragoræ
Chamædryos
Rad. Phu.
Baccarũ lauri
Ammeos
Dauci cretici, vel ſeſeli Cretici
Piperis longi
albi) Act. omittit.)
Xylobalſami, *Ramuſculorũ è Caryophyllis, Norimb.*
Carui (omittit Actuar.)
Amomi, *Cubebæ aut grana iunipi, Norib.*
Petroſelini Macedonici
Sem. Liguſtici
Rutæ
Sinoni (Amomi officinarũ) ana drach. ſemis
Auri cocti, id eſt, igne depurati.
Argenti puti
Margaritarum albarum vide Norimb.
Blattæ Bizantiæ
Oſsis de corde cerui ana ſcrup. vnum, grana tredecim.
Limaturæ eboris
Calami aromatici
Pyrethri ana grana nouem (alij viginti nouem.
Mellis triplum, id eſt, circiter lib. duas, alij lib. tres.

Eius uſus apud nos propemodum euiluit, habetur tamen præparata in officinis quibuſdam, & paratu facilior eſt Theriaca aut Mithridatio. Huic compoſitioni ex Nicolao Græco, cum in Latinis exemplaribus deſiderentur, Fuchſius addit Nucum auellanarum drach. duas, Saphiri, Smaragdi, Iaſpidis ana drachmam vnam, Carnis palmu-

palmularum, been albi & rubei, ana drach.ſemis. Pyrethri & ſequentium grana viginti nouem. Oſſium de corde cerui & præcedentium ana grana quatuordecim, & pro Rhabarbaro Centaurij magni rad. uſurpandam cenſet. Blattæ Bizantiæ ſunt oſſa anteriora nariũ purpuræ, quod foramini capitis eius, quod naris inſtar eſt, velut ſcutum imponitur.

Pro Saliunca legendum eſt Saluia, nam in Græcis extat ἐλελισφάκου.

Pro napi græce νάπυος. *ſemen napyos legendum, Norimb.*

Pro Carui Fuchſius. legit Carnabadij, id eſt, cumini Æthyopici.

Hæc antidotus Aurea vel ab auro, quod recipit, vel precio & virium præſtantia dicitur. Efficax eſt contra capitis defluxiones frigore cõceptas, dolorem enim confeſtim mitigat, oculorũ lacbrymas ſiſtit, dentium dolores ſanat. capitis omnem noxam à frigido & humido, non modò epota, ſed & impoſita, & fronti illita propellit. Comitialibus, vertiginoſis, paralyticis, Apoplecticis benefacit, furioſorum incompoſitos motus compeſcit, tabidis, tuſsiculoſis, Aſthmaticis, ſanguinis eductionibus, cardiacis, Iſchiadicis, colicis, nephriticis, dyſuriæ, ſtranguriæ, Iſchuriæ præſenti eſt auxilio, calculos renum & veſicæ comminuit. Quotidianis & Tertianis febribus circa acceſsionis inicium cum decocto ſtæchadis eximie medetur, præſumpta hæc antidotus, & in conſuetudinem vocata ab Apoplexia & colico morbo facile vindicat. Vide eius examen apud Ioan. Bapt. Mont.

ATHANASIA MAgna Nicolai.

℞. Cinamomi
Caſiæ ligneæ ana drach, tres grana ſeptem.
Croci
Schœnanthus
Styracis calamitę
Phu
Seſeleos
Betonicæ
Sem. Hyoſcyami
Apij
Dauci
Aniſi
Opij ana drach. vnam ſemis, grana tria.

Spicæ

Spicæ Indicæ
Folij
Caſtorij
Myrrhæ
Lapidis hæmatidis
Sãguinis Draconis
Charabe
Corallij rubri
Mumiæ
Boli armeni
Symphyti
Helenij (quidam Terræ Lem-
niæ)
Acori
Aſari
Cort.rad.mandragoræ
Polij
Baccarum lauri
Meu
Piperis albi
longi
Sem. Petroſelini ana drach.
ſemis
Sem. quinque neruiæ, id eſt,
plantag.minoris.
Myrti
Roſarum ana drach. vnam
grana quatuor
Succi hypociſtidos
Acaciæ
Oxyacanthæ
Sem.Oxyacanthæ ana vncias
duas
Succi quinq; neruiæ vncias
tres.

Mellis triplum,id eſt, librã vnam, vnciam vnam, drach. quinque ſemis.

Mumia.

Duplex eſt Græcorum & Dioſcoridis, & Serapionis, quæ Piſſaſphaltos eſt, Rhazis vero

 & Ara-

& Arabum, non eſt niſi tabida ſanies, aut liquamen hominum, Aloe, Myrrha, & bitumine conditorum, αἵματος ἀνθρώπου τεθνεῶτος ἐπονομαζομένου παρὰ Ἰταλοῖς μώμιον. *Hanc improbat Ambroſ. Paræus lib. XI. cap. VII. Operis Chyrurgici.*

Pro Helenio in prioribus exemplaribus legebatur, Terræ ſigillatæ, id eſt, Lemniæ, cum in antiquis exemplaribus latinis falſo legeretur Lemnias, id eſt, auripigmenti, quod aduertendum.

Carabe, Coſtus, & Pulegium, prioribus exemplaribus addebatur, quæ in Græco deſunt.

Dyſenteria laborantibus & cœliacis confert, atque ad fluxum muliebrem vtilis eſt. Facit ad profluuium ſanguinis narium, & eos qui cibum non retinent in ventriculo. Sanguinis præterea à quacunque cauſa natis reiectionibus auxiliatur.

PHILONIVM THARſenſe, Gal. θ. κατὰ τόπους. 279.

℞. Croci drach. quinque
Pyrethri
Euphorbij
Nardi Indicæ ana drach. vnã.
Piperis albi
Sem. Hyoſcyami ana drach. viginti
Opij drach. decem.
Mellis q. ſ. Confic. ſ. ar.

Expertiſſ. ad ſedandos vehementes & lætales partium dolores, ventriculi, coli, hypochondriorum, Hepatis, Lienis, Renum. Vteri, excitatos, à crudis humoribus aut flatu craſſo, aut intemperie membrorum frigida, valet etiam ad ſuffocationis periculum, ſingultum vehementem & vrinæ difficultatem.

Sem. Hyoſcyami vnciam tantum ponit Paulus.

PHILONIVM Meſuæ.

℞. Piperis albi
Sem. Hyoſcyami albi ana drach. viginti.
Opij drach. decem.
Croci drach. quinq;.
Spicæ Indicæ.
Pyrethri

Caſto-

Caſtorei ana drach.vnam
Mellis deſpumati quadruplum.

Mirum in modum mitigat dolores ventriculi, vteri, laterum, totius ventris & colicam cum decoct. chamæmeli vel rutæ ſtatim ſomnum prouocat cum aqua lactucæ, vel ſyrup. papaueris, tollit dolorem capitis cum decocto Stechadis, prohibet catarrhum cum decocto thuris aut ſpicæ, ad conuulſionem & reſolutionem bibitur, cum decocto nucis moſchatæ, facilitat anhelitum cum decocto baccarum lauri vel hyſſopi. Tuſsim ſedat cum aqua mellis, prouocat vrinam, facilitat mictum & frangit calculos veſicæ cum decoctione Saxifragiæ vel aqua Apij. compeſcit vomitum & fluxum ſanguinis ex ore cum ſucco plantaginis vel decocto Maſtiches & ſedat præfocationes & vteri vicia, & ſingultus ac potenter ſomnum inducit.

PHILONIVM MAIVS ſiue Romanum Nicolai Myrepſici.

℞. Piperis albi
Sem. Hyoſcyami albi ana drach. quinq;.
Opij drach. duas ſemis.
Caſiæ ligneæ veræ drach. vnã ſemis.
Sem. apij drach. vnam
Petroſelini Macedonici
Fœniculi
Dauci cretici ana ſcrup. duos, grana quinq;.
Croci ſcrup. vnum, alij drach. mediam
Nardi Indicæ
Pyrethri
Zedoariæ ana grana quindecim
Cinamomi drach. vnã ſemis
Euphorbij
Myrrhæ
Caſtorei ana drach. vnam
Mellis opt. triplum, id eſt, vncias octo ſemis.

Myrrha

Myrrhæ Caſtorei.

Hæc duo in latinis Nicol. codicibus deſiderantur, pro ijs Coſtum ſubſtituentibus, nos ex græco illa adiecimus, monente id Galen. nono de compoſ. medicam. localium, qui diſerte ſcribit alios Myrrham & Caſtoreum adhibuiſſe. Quapropter hæc deſcript. Philonij, quam propoſui integra eſt, vt quæ omnia à Philone prodita medicam. habeat, tum etiam quæ ab alijs eſſe adiecta Gal. memoriæ prodidit, quæ in græco extat mutila eſt, ut quæ opium quod maxime requiritur non habeat, quæ in latinis, manca, ut quæ caſtorium & Myrrham omiſerit. itaq; vtrorumq; collatione hæc compoſitio integra facta eſt: qua; deinceps pharmacopæi pro Romano, cæteris abiectis, uti debent. Pro Dauco Cretico ſumere licet Seſeli Creticum, id eſt, Beervvurtz, Coudenbergius.

Colicos affectus, cæterarumq; partium letales dolores, ventris, hypochondriorum, ventriculi, vteri, hepatis, lienis, renum ab intemperie frigida, flatibus craßis, aut crudis humoribus excitatos ſedat, tuſſes intenſißimas, ſuffocationis periculum minantes, ex cordis aut pulmonis incendio, ſingultum etiam vehementem & vrinæ difficultatem liberat. Sanguinis eductionibus, tabidis, ſuſpirioſis, pleuriticis confert. Hæmorrhagiam ſiſtit, inſomniam leuat, & ſomni conciliatione vires reficit & recreat, doloresq; oẽs abigit. Sed in colicis affectibus præcipuam habet dignitatem, eiq; affectui adhibet Galen. lib. 2. de locis affect. doloris enim magnitudo ſæpe totam in ſe curationem intendit, & in miſeram vitæ deſperationem plerosq; iniecit. Adultis datur auellanæ quantite, minoribus fabæ, pueris ciceris, in potu conueniẽte.

PHILONIVM PERſicum, Meſuæ.

℞. Hyoſcyami albi
Piperis albi ana drach. decem.
Opij
Terrę lẽniæ ana drach. quinq;
Lapidis Hæmatidis. *Scedenegi.*
Croci ana drach. duas ſemis
Caſtorij.
Spicæ Indicæ
Euphorbij
Pyrethri
Margaritarum
Carabe. *(Succini albi.)*
Trochiſcorum ramich
Zedoariæ

Doro-

Doronici   ana drach. ſemis
Camphoræ ſcrupulum ſemis.
Mellis triplum, id eſt, vncias quindecim.

Piperis albi.

Priora exemplaria Cordo & ex Meſue legebāt papaueris; quod doctis rationibus impugnat Fuchſius, quem conſule. Confert ad vteri hæmorrhagiam, fluxum, procidentiam, hæmorrhoidas, cruentas excretiones per inferna, ſanguinis ſputum, menſtruorum nimium profluuium compeſcit, ac fœtum in utero retinet.

REQVIES Nicolai.

℞. Roſarum rubearum
Violarum   ana drach. tres.
Opij
Sem. Hyoſcyami
Papaueris albi
Scariolæ
Lactucæ
Portulacæ
Pſylij
Cort. rad. Mandragoræ
Nucis moſchatæ
Cinamomi
Zingib.   ana drach. vnā ſemis
Sacchari candi   drach. vnam.
Santali albi
rubri
Spodij
Tragacanthæ āna ſcrup. duos grana quinq;

Sacchari & aquæ roſarum, quantum ſatis eſt, triplū ſunt vnciæ nouem, drach. ſeptem ſemis.

Specierum ſunt vnciæ tres & drach. duæ ſemis.

Sic appellata ab effectu, quod dolorem obtundat ac mitiget, caloremq́; febrium mitiorem

 reddat,

reddat, & iјs qui hanc ſumunt requiem afferat, Zingiber in prioribus exemplaribus, quia in Latinis Nicolai codicibus eius nulla ſit mentio, deſiderabatur, quia vero in Græco exemplari extat, & ad frangendam frigidorum ac ſtupefacientium, quæ præcedunt, vehementiam confert, omittendũ non erit. Saccharum candi ex Græco additur, cum ſit καντίον, id eſt, Sacchari candi. Saccharum cum aqua Roſarum loco mellis additur, cum maxime conferat febribus ardentibus & continuis, & ad omnem febrilem affectum. Eſt etiam utilis temporibus, & pulſibus manuũ, inuncta. Cordis dolorem mitigat ſomnumq́; conciliat.

TRYPHERA MAGna Nicolai.

℞. Opij drach. duas
Cinamomi
Caryophyllorum
Galangæ
Spicæ Indicæ
Cimini (*addunt Norimb.*
Zedoariæ
Zingiberis
Coſti
Styracis calamitę
Cyperi
Calami aromatici
Rad. Iridis Illyricæ
Peucedani
Acori *Calami aromat. vulg.*
Cort. mandragorę
Roſarum rubearũ
Nardi celticæ
Piperis
Aniſi
Apij
Petroſelini
Fœniculi
Dauci
Sinonis
Hyoſcyami
Hyſſopi
Sem. Ocimi ana drach. vnam
Mellis

Mellis deſpumati triplum, vncias decē ſemis, ſunt enim ſpecierum vnciæ tres ſemis.

Multæ & diuerſiſs. compoſ. trypherarum extant, quæ omnes propemodum Myrobalanos recipiunt ut inferius patebit. Hæc porro nullos recipit, ſed & Opium τρυφεροῖς, *id eſt, delicatis ac dolorum impatientibus hominibus conuenit. Porro quidam Trypheras, id eſt delicatas dici poſſe autumant, quòd totius corporis colorem & oris odorem commendent, ac delicatam quandam commendabilis ſpeciei oſtentationem præ ſe ferant. Putredines enim humorum emendant, genuinam corporis ſucculentiam reſtituunt, formæ corrumpi cœptæ vicium redimunt. & vt cætera coſmetica ad ornatum plurimum faciunt. Hæc porro ad omnia muliebria vicia, à frigiditate nata priuatim confert, iniicitur etiam vtero, cum oleo Moſchato ſeu Muſcellino dicto.*

TRYPHERA MINOR
Phenonis Meſuæ.

℞. Myrobalan. Chebulorum
Belliricorum
Indorum
Emblicorum
Nucis moſchatæ ana drach. quinq;.
Seminis naſturcij
Aſari
Origani perſici, ſeu cretici
Piperis
Thuris
Ammios
Zingiberis
Fructuū tamaricis ſatiuæ, aut foliorum noſtri vulgaris (Norimb.
Nardi Indicæ
Schœnanthus
Cyperi ana drach. quatuor
Scoriæ ferri. Stomomatis (id eſt, batituræ quinq; diebus aceto maceratæ & ſiccatæ) drachmas viginti.

Myrobalani cum butyro

recente non ſalito modicum aſſentur, reliqua oleo amygdal. dulcium inuoluantur, deinde adde

Moſchi drach. vnam
Mellis deſpumati, quantum ſatis eſt, fiat Elect. quod poſt ſex menſes datur, à drachma vna ad drachmas tres.

Sunt ſpecierum vnciæ vndecim, drachmæ duæ, triplum mellis conſtituit lib. duas, vncias nouem, drach. ſex. Itali quadruplum mellis ſumunt.

Ventriculum, Hepar, Renes, Veſicam roborat, ob id fluorem alui, hæmorrhoidum, menſium immodicum cohibet, ſanguinis corruptionem & cruditates, & in ventriculo putredines humorum emendat, colorem bonum reddit, ac formæ corrumpi cœptæ vitium redimit.

TRYPHERA SARRAcenica Meſuæ.

℞. Myrobalan. chebulorum
Indorum
Belliricorum
Emblicorum
Citrinorum
ana drach. quinq;.
Cinamomi
Trium piperum
Secacul Siſeris (Eryngij Syluius)
Folij ſeu Maceris
Spicæ Indicæ.
Cardamomi vtriuſq,
Caſſiæ ligneæ
Seitaragi Indi (Lepidij Syluius.)
Cyperi
Apij

Linguæ auis, .i.ſem. Fraxini.
Caryophyllorum
Been vtriuſq;
Zingiberis ana drach. duas
Nucis moſchatæ
Macis
Seſami excort. ana drach. tres
Amygdal. vtrarumq; ana drach. quinq;
Ligni aloes
Rhaharbari
Rutæ
Sem. Fœniculi
Maſtiches ana drach. duas
Ocimi caryophyllati
Mentæ ſiccæ
Origani cretici ana drachmã vnam ſemis

Fricentur myrobalani triti cum butyro vaccino recenti non ſalito, aliæ vero ſpecies oleo amygd. dulcium & cũ ſuffici quant. aut triplo, mellis deſpum. fiat elect. quod datur è ſeſquidrachma ad drachmas tres.

Coctionem ventriculi & Hepatis ſuo calore iuuat, ob id flatus diſsipat. humores in ventriculo & alijs viſceribus putres abſumit, oris & corporis reliqui odorem & colorem commendat, laſſitudinem tollit, ſanitatem præſentem tuetur, & morborum generationem prohibet.

TRYPHERA PERSIca Meſuæ aut Ioan. Damaſceni.

℞. Succi ſolani
Endiuię verę & ſatiuę
Apij
Lupulorũ depuratorum ana lib. duas
Proijciantur deſuper.

Violarum recentium aut ex-
iccat.
Roſarum ana drach. tres
Folliculorum ſennæ vnciæ
duæ
Agarici vncia vna
Prunorum Damaſcenorum
numero quinquaginta.
Cuſcutæ vncia ſemis.
Myrobalanorũ Citrinorum
Chebulorum
Indorum
Fricatorum oleo violarũ aut
amygdal. dulcium ana vncię
duæ
Spicæ Indicæ drach. tres
Buliant lento igne donec ſu-
perſint lib. duæ, deinde ad-
dantur
Epithymi drach. quadraginta
Buliant leniter, deinde ab i-
gne deponantur & percolen-
tur, & in vna colati parte diſ-
ſoluantur.
Tamarindorum vnciæ tres.
Mannæ vncia vna ſemis.
Pulpæ caſſiæ vnciæ quatuor.
Sacchari violati libra vna
Colentur & mundẽtur à gra-
nis & ſordib. atq; in aliam co-
lati partem addantur
Sacchari albiſſ. lib. tres.
Aceti vini libra vna.
Coquãtur lento igne, deinde
proijciatur ſuper illud quod
diſſolutum eſt in ſuccis, & ag-
gregentur ſimul omnia & co-
quãtur ad mellis conſiſtentiã,
poſtremo in puluerẽ redactæ
ſpecies ſequẽtes inſpergãtur.
℞. Rha-

℞.Rhabarbari opt.vnciæ duæ.
Myrobalanorũ Citrinorum
vncia vna ſemis
Chebulorum
Indorum ana
vncia vna.
Belliricorum
Emblicorum
ana vncia ſemis.
Sem.Fumiterræ
Troch. Diarhodon
Macis
Maſtiches
Cubebarum
Spodij de ebore
Santali citrini (alij rubri)
ana drach. duæ
Nucleorum ſem. Cucurbitæ
Citruli
Cucumeris
Melonis ana
drach. duæ ſemis.
Sem. Aniſi vncia ſemis
Spicæ Indicæ drach. duæ

Fiat electuarium ſecundũ artem in forma opiatę. Noſtri ita parare ſolent,

℞.Succi Endiuiæ veræ lib. tres.
Apij
Lupulorum ana lib. duas
Solani vncias nouem
Berberorũ vncias tres.
Proijciantur deſuper, &c.

Huius tryphera compoſitio cum inter cæteras noſtris officinis ſit vſitatiſsima, curandum erit ut ſumma dil gentia rite paretur.

In prioribus exemplis noſtris legebatur ſuccorum ana libra vna, ſed omnino debent eſſe libræ duæ, ita enim habent omnia Meſues exemplaria tam antiqua quàm recentiora, & Violis addendæ ſunt Roſæ pari pondere, & paulo efficacius fiet medicamentum. Vt & prunorum numero quin-
quaginta

quaginta pro quindecim prunis ſupponenda. Legitur item Myrobal. Citrinorum, Chebulorũ, Indorum ana drachmæ duæ, ſed omnino legendũ vnciæ duæ, ſicut habet etiam Fuchſius ex Nicol. græco, imitatus in eo & alijs plerisq́ locis à ſe emendatis Monachos Romanos, qui in vetuſtiſſimis codicibus ſic legi oſtendunt. Accedit ratio, quod trypheram hanc natam appareat, à triphilo Actuarij parua ſeu minore, quæ tria ſimplicia nempe Myrobal. diuerſas, oleum Roſaceum & Mel recipit, ut inde triphili nomen inditum ſit, à tribus generibus medicamentorum, aut forte à tribus generibus myrobalanorum, ſicut & antidotus tria piperis genera accipiens, triphilon melius quam triophillon à Myrepſo vocatur. Alibi quidem idem Actuarius tryphalum (triphilon emendo) paruam ex tribus myrobalanorum generibus, & inſuper Belliricis & Emblicis conſtituit. Ad diuerſos autem humores purgandos, alia atq; alia ei miſcebantur, ſed myrobalanorũ pondus ſemper excedebat reliqua. Ex tryphilo autem homines indoctos trypheram feciſſe puto, hoc eſt nomen corrupiſſe. Interim non nego alijs quibuſdam compoſitionibus tryphera, hoc eſt, mollis & delicatæ nomẽclaturam recte attribui. In eadem tryphera Perſica, quia ſuccus Solani recipitur libræ pondere, Symphorianus Campegius, Gallus medicus, Lugduni cum eſſet, huius trypheræ uſu aliquos inſanos & amentes factos ſcribit, & culpam in ſolanum reijcit, quare ego pharmacopolis noſtris autor fui, ut quoniã pharmacum hoc ad aluum ſoluendam inſtitutum eſt (qui ſcopus à Solano etiã valde impeditur, præſertim cum ſoluentia minimè fortia ingrediantur) pro libra ſucci ſolani, addant ſucci (aut ſyrupi ſi is deſit) vncias nouem, & ſucci Berberis vncias tres, ſit enim & aluus ſoluetur melius, & refrigerandi ſcopus non admodum impedietur, & gratius erit ſumenti pharmacum. Hæc Conradus Geſſ. ad D. Achillem noſtrum. Idem ad eundem. De nomine non multum contenderim: etſi pro improprijs & corruptis vetera, propriaq́ reuocanda ſuaſerim. Triphilon autem (per l ſimplex aliàs triphalon per a, quod non probo) paruam recipere quinq; genera Myrobalanorum, cũ ſcribat Actuar. lib. V. Methodi. in eius deſcriptione poſtea tria tantum recenſet, nempe Cepula (vel pro eis Indica) Empelitz, id eſt Bellirica & Emplitzi. Et veteres Myrobalanorum non quinque ſed tria genera ſtatuebant. Emblicos enim & Belliricos ab hoc genere excludebant. Circa pondus vero Myrobalanorum, quod mutandum puto, non ex mea coniectura eſt, ſed vetuſtiſſimorum codicum Meſuæ conſenſu comprobatur. Quod ſi ex triphilo parua veterum compoſitione hæc recentior nata eſt, illa autem tota ferè Myrobalanis conſtabat: non eſt timendum, ne nimium earum addamus. Apud Auicennam inuenio, trypheram, minorem dictam, conſtare ex myrobalanorum tribus generib. butyro & melle, vt omnino à tribus dicta ſit hæc

compo-

compoſitio ſiue tria illa de tribus myrobalanorum generibus accipias, ſiue de myrobalanis, butyro & melle. Actuarius pro butyro oleum Roſaceum accipit, & melius triphilon quam trypheron vocat cognomento minorem, nam maior dicitur, cum Myrobalanis alia quædam adijciuntur aromatica, aut coitum mouentia, aut purgantia, aut adſtringentia, multæ enim cæq; diuerſæ ſunt trypherarum compoſitiones. Porro ut Actuarij triphilos tria Myrobalanorum genera recipit: ſic triophillos Myrepſi tria genera piperum. Hæc ille. Valet aduerſus acutas febres, calidam ventriculi & iecoris intemperiem. Morbis omnibus ex humorum uſtione natis confert, ſitim reſtinguit, icterum calidum ex obſtructione ſanat. Suffuſionem à vaporibus bilioſis viſui incommodantem diſcutit. Sãguinem purgat & purum reddit, vnde in febribus peſtilentibus, & ipſa peſte magnopere à Georgio Agricola & alijs commendatur, datur ad vnciam unam.

CONFECTIO ANAcardina Meſuæ.

℞. Myrobalan. Chebulorũ
Emblicorum
Belliricorum
Indorum.
Piperis nigri
longi
Caſtorij ana drach. duas
Coſti
Anacardij
Sacchari albi
Sem. nigellæ, aut erucæ.
Baccarum lauri ana drach. ſex
Cyperi drach. quatuor

Anacardij per ſe terantur, demum alijs tritis admiſceãtur, deinde omnia incorporentur cum butyri recentis non ſaliti & Mellis deſpumati ana quãtum ſatis eſt, fiat Elect.

Valet ad ventris totius inferioris & Cerebri affectus frigidos, ſanguinem reddit puriorem, & inde ſpiritu animali reddito purgatiore & tenuiore, ſenſus omnes, apprehenſionem, intellectum, & memoriam iuuat, coloremq́ viuidum corpori tribuit.

Anacardio nomen indiderunt recentiores Græci à cordis tum ſimilitudine tum colore, quẽ ſicci

ſicci repreſentant, virides & in arbore penden-tes, ſimiles ſunt noſtrati maiori fabæ, & ſui apti, ſale conditi oliuarum conditarum modo, Sicci conſtituuntur in tertio aut quarto ordine calidi & ſicci, ſed negat experientia, niſi forte ij qui in Sicilia naſcuntur (ut autor eſt qui comment. in Meſ. ſcripſit) ſint ea facultate præditi, cauſtici tamen ſunt, naſcũtur in Calicut, Cananor, Cambaia, & Decan.

Anacardiorum præparatio.

Anacardij terantur in mortario, & infundantur aceto fortiſſ. diebus ſeptem, poſtea lento igne in eodem aceto coquantur, ad remanentiam tertiæ partis aceti, colato abiecto, reſiduum medicamentorum compoſitioni miſceatur. Arnoldus de Villa noua, cap. de memoriæ defectu.

Sem. Erucæ.

Habebant priora exemplaria, ſed in Meſue eſt burungi, id eſt nigellæ. cal. ſic in tertio ordine. Pet. Coudenbergius pro Burungi ſinapi ſemen à colore album, atq; ab officinis perperam Erucæ ſemen appellatum ſumendum cenſet.

CONFECTIO ARchigenis.

℞. Caſtorei
Piperis longi
nigri
Styracis
Spicæ
Coſti
Galbani
Opij — ana vnciam ſemis
Croci — drach. duas.
Mellis deſpumati q. ſ.

Ad ſputum ſanguinis & tuſſim diuturnam ex materia putrida ſanioſa ex ulcere & phthiſi, mundificat & abſtergit materiam craſſam putridam, confert uteri præfocationi, paralyſi & Veſicæ vicijs, fluxui ventris & febrium periodis, venenis reſiſtit,

Compoſitio eſt apud Meſ. in cap. de tuſſi humida. fol. 30. ædit. Venetæ 1549.

ELECTVARIVM E BACcis Lauri Raſis. 9. ad Almanſorem cap. de dolore Colico.

℞. Foliorũ rutę drach. decem
Sem.

Sem. Ammeos
Cumini
Nigellæ
Liguſtici
Carui
Dauci
Acori *Calami aromat.*
Origani
Amygdalarum amararum
Piperis nigri
longi
Mentaſtri
Baccarum lauri
Caſtorei ana drach. duas
Sagapeni vnciam ſemis
Opopanacis drach. tres.

Mellis triplum, id eſt, libram vnam, vncias quatuor, drach. ſeptem.

Tritis diligenter quæ terenda ſunt, fiat elect. additis circa finem lachrymis vino dilutis.

Valet ad Colicam & Iliacam paßionem, & doloribus inteſtinorum ex cauſa frigida vel flatuoſa. Adhibetur utiliter Enematibus.

MICHLETA NICOcolai Myrepſici.

℞. Quinq; generum myrobalanorum omnium parum toſtorũ, ana drach. duas ſemis
Sem. Naſturcij
Cumini
Aniſi
Fœniculi
Ammeos
Carui ana drach. vnam ſemis.

Omnia cruda terantur & macerentur in modico aceto vini

 horis

horis viginti quatuor, exiccē-tur ſubinde aſperſo aceto & torreantur ſupra prunas accē-ſas, & addantur ſubſequentia.

Spodij de ebore *aut Eboris uſti.*
Balauſtiorum
Pulpæ rhois (id eſt Sumach.)
Maſtiches
Gummi arabici ana drach. vnā, grana quindecim.

Omnia cum oleo roſaceo fricentur, & commiſceantur cum ſyrupi Myrtini triplo, id eſt. vncijs decem, drach. tribus & quarta partæ drachmæ.

Vtilis eſt Dyſenteriæ, inteſtinorum leuitate laborantibus, inflationibus inteſtinorum, & ad omnes cœliacos affectus, atq; hæmorrhoides nimium fluentes. Hanc compoſit. ex Nicolao Græco appoſui, ponderibus nonnihil variantem à priore editione.

DIASATYRIV
Nicolai.

℞. Teſtium Satyrij recentium denſorum.
Rad. Paſtinacę ſatiuę recentiū Secacul, id eſt, Siſeris.
Nucis Indicæ
Pinearum
Piſtaciarum ana drach. duodecim.
Caryophyllorum
Zingiberis albi
Aniſi
Sem. Erucæ
Sem. fraxini (linguæ auis) ana drach. quinq;
Cinamomi
Caudarū & lumborum Scinci veri.

Sem.

Sem.Bulbi vel Vrticæ ana drach.duas ſemis.

Moſchi grana ſeptem.

Mellis deſpumati optimi. lib. tres.

Radices Satyrij, paſtinacæ, & Siſeris priuatim & ſeorſim bene tritæ melli imponuntur ac ſubigũtur, paululum molliuſculo igne feruefcant,deinde piſtacia & nuces pineæ repurgatæ ac tuſæ adijciuntur, vbi cum melle aliquantulum bulierint, ſublato ab igne lebete, tuſæ & cribratæ ſpecies adduntur,poſtremo moſchus cum exiguo ſtillatitio aquarũ liquore inſeritur, rurſus hæc probe ſubacta in vaſculum ad vſum reconde.

Pro Satyrio non Baſilicum aut regium, quod palma Chriſti officinis dicitur, radix quæ nullas ad ſtimulandum coitum vires habet,ſumi debet: ſed eius loco ſatyrij triphylli, quod teſticulus vulpis officinis dicitur, aut Orchios & Cynoſorchios (quæ peculiarem Satyrij appellationem habent) radice bulboſa, & gemina vti licebit, quæ quia multam excrementitiam humiditatem & flatuoſitatem cum quadam dulcedine habet, Venerem Dioſc. Gal.& Plinij aſſenſione excitat. Solida autem non flaccida in vſum venire debet, quod maior,ſiue durior, qua mares gigni perhibent,libidinẽ excitet,altera vero minor & mollior, quæ fœminas procreet,adeò voluptatem nõ ſtimulet ut etiam inhibeat & reprimat.

Analepticum eſt medicam. conſumptos & emaciatos reficiens, ſemen augens, & venerem concitans deſuetam. Contra renum & veſicæ imbecillitatem valet,remorantem vrinam propellit, & frigidam ac velut emortuam genitalium partium intemperiem erigit.

Datur cum veteri vino veſperi dormituro, drach.ana.Nicol.Myrepſicus.Sect.1.cap.65.

Satyrij & Siſeris radices, melle & ſaccharo cõdiri poſſunt,dum paſtinacæ ſatiuæ ad maturitatem peruenerint.

Triplum mellis in hac compoſit. facit libras tr es; vncias tres,drachmam vnam ſemis.

DIACORVM Meſuæ.

℞. Rad. ſecacul ſeu Siſeris
acori ſeu calami arom.
Pinearum ana lib. vnam ſemis

Radices ſecacul mundatæ & inciſæ coquantur in aqua clara, donec aqua conſumatur. Poſtea optime piſtentur, & in minutiſsimas partes conterãtur, ad pultis conſiſtentiam: deinde affunde eis mellis odorati optime deſpumati libras decem.

Coquantur lento igne, donec tota aqua quam radices ſecacul imbiberũt in vaporem reſoluta ſit, diligenter agitãdo, ne ad vaſis fundũ radices adurantur. Cum autem iuſtæ ſpiſſitudinis conſiſtẽtiam acquiſiuerit ab igne deponito & adde radices Acori tenuiſsime tritas, & pineas minutiſsime inciſas, cum ſubſequenti puluere optime mixtas.

Piperis nigri vnciam vnam
longi
Caryophyllorum.
Zingiberis
Roſarum.
Macis ana drach. quatuor
Nucis moſchatæ
Galangæ
Cardamomi ana drach. tres

Omnia iſta ſimul cũ melle & radicibus Secacul miſceto, & vnito diligenter agitando ne grumi aliqui reliquãtur.

Neruorum ægritudinibus mirifice confert,
acuit

acuit omnes ſenſus & ingenium, ſedat dolores capitis, & peculiare remedium frigidarum ægritudinum, ſenum, & maxime catarrhi. Hydropicos iuuat. Deſcribitur à Meſ. Summa quarta de ægritudinibus neruorum. cap. 1.

Secacul non eſt Siſer, ſed ea eſſe poßit planta, quam Crithmum ſpinoſum, ſeu paſtinacam marinam vocant Mons peſſulani, tamen in eius locum commode ſubſtitui poteſt, Coudenbergius.

Siſer noſtri Gritzelmorn aliqui Geralen appellant.

ACORVS CONDITUS vulgaris.

℞. Conſeruæ radicum Acori lib. vnam ſemis
Mellis deſpumati (vel eius loco brodij Zingiberis conditi) lib. vnam.
Amygdal. inciſarũ lib. mediã.
Piperis nigri
Nucis moſchatæ
Zingiberis albi ana vnciam vnam
Miſce fiat conditum.

ZINGIBER coctum.

℞. Cinamomi electi drach. duas
Nucis moſchatæ drach. vnam
Caryophyllorum ſcrup. duos
Macis ſcrup. vnum
Incidantur omnia craſſe adde Zingiberis tenuiter puluериſati drach. ſex.
Sacchari diluti aqua roſarum vncias ſedecim, fiãt morſelli.

Ad eadem confert ad quæ Diacorum, præterquam quod ventriculum frig. calefaciendo mire roborat, coctionem iuuans, quare huc etiã extra ſortẽ ſeu ordinẽ hoc loco adponere placuit.

ELECTVARIVM DIVRETICUM B. Montagnanæ.

℞. Cineris putaminum ouorum, ex quibus pulli ſunt excluſi.

Vitri

Vitri combuſti
Lapidis Spongiæ
Iudaici ana drach. vnam ſemis.
Sem. Apij
Ruſci
Petroſelini
Aſparagi
Liguſtici ana drach. vnã
Aniſi
Glycyrrhizæ ana vnciã ſemis.
Sanguinis hirci præparati drach quinque.
Mucilaginis granorum Muchoitæ (id eſt Sebeſten) lib. vnam.
Sacchari rubei lib. ſemis.
Oximellis compoſiti vncias tres.
Piſtaciarum depuratarum vncias quatuor.

Infundantur piſtacia in aqua cineris calidi per duos dies, poſtea minutim incidantur, & coquantur ſimul mucilagines oxymel, & ſaccharum ad ſpiſſitudinem, deinde in mortario incorporentur cum piſtacijs & alijs ſpeciebus, fiat electuarium.

Confert, in vrinæ retentione, dyſuria, & ſtrãguria, nam vrinam potenter provocat, calculos rumpit.

Vitri præparandi rationem.
Vide apud Norimb. in correctaneis circa finem.

Sanguinis Hirci præparatio.

Hircum mediocris ætatis domi alito per menſem Pimpinella, Apio, Petroſelino, Leuiſtico, & ſimilibus. deinde ſanguinem eius qui ex arterijs defluxit excipito, & concreſcere ſinito, abiecto eo quod ichoroſum eſt, grumos ſanguinis in furno exicca. Mactandus mox eſt hircus veris exitu, ſeu principio æſtatis, Sole cancrum ingrediente. Quidam Capricornum hirco præferunt.

ELECTVARIVM E Scoria ferri, Raſis.

℞. Myrobalan. Indorum
Belliricorum
Emblicorum
ana drachmam vnam.
Spicæ Indicæ
Schœnanthus
Cyperi
Zingiberis
Piperis
Ammeos
Thuris ana vnciam ſemis.
Scoriæ ferri infuſæ aceto per dies ſeptem poſtea torreſactæ, drach. tres
Mellis decocti cũ apozemate emblicorum vncias ſedecim.
Miſce fiat Electuarium.

Ferri Scoria & eius præparatio.

Hic non ſubaudiendum erit Recrementum ferri, quod noſtri Eiſenſchlacken appellant, ſed limatura ferri, aut Chalybis, aut ſquama, ſeu ςόμωμα, quam batituram quidam vocant omnibus ſordibus purgatā hoc modo. Proijciatur in aquam limpidiſsimam & fricetur manibus, poſtea ſordidam aquam totam effunde, deinde impone limaturam in vitream patinam, & affunde modicum aceti, ut tantum humectetur nec emineat acetum, poſtea macera diebus triginta, tandem tere & repone. Leuiter purgat, roborat, confert. ventric. doloribus & lienoſis.

Aliam compoſit. habent Norimb. fol. 32.

ELECTVARIVM DE ouo Maxim. I. Imp. P. F. Aug.

℞. Ouum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id quod vacuum eſt Croco Orientali non pulueriſato imple, vitellum non auferendo, poſtea cum alio putamine iterũ occlude ne quid tranſpi-

 ret,

ret, & lento igne vel poſt fornacem tam diu aſſa in ollula, donec tota oui teſta nigreſcere incipiat diligenter cauendo ne crocus comburatur. Exempta è teſta materia exiccetur ut in mortario exquiſitiſs: cōtundi & in puluerem redigi queat, addendo pulueris Erucæ ſeu ſinapis albi quātum prædicta omnia ponderant.

Poſtea.

℞. Pulueris rad. Diptami albi
Tormentillæ
ana drach. duas
Myrrhæ
Cornu cerui
Nucis vomicæ
ana drach. vnam
Rad. Angelicæ
Pimpinellæ
Granorum iuniperi
Zedoariæ
Camphoræ ana vnciam ſemis.

Miſce omnia ſimul in mortario, & tandem adpone Theriaces optimæ ad pondus omnium, & iterum piſtillo fortiter contunde, & cōmiſce per tres quaſi integras horas agitando, fiat elect. ut eſt artis.

Eius uſus maxime eſt in peſte, & in præſeruatione à venenis deleterijs.

Nux vomica.

Quibuſdam inter venena refertur, vnde ego duplicem compoſit. fieri iuſſi, alteram ut erat in priore editione, qua medici quidam noſtrates vti malunt, propter præſentiam nucis vomicæ, alteram eidem per omnia ſimilem, addendo ſaltem pro nuce vomica ſem: Citri, quæ & ipſa maximam vim aduerſus venena ſortiuntur. Fuchſius Petaſiten mauult, ſuum cuiq; eſto iudicium.

Ex Saxonia vir quidam doctus ad me ſcribit in peſte ibidem magno ſucceſſu exhiberi nucis vomi-

vomicæ vulgaris ſcrupulũ vnum vel duos quoque, atq; inde ſine moleſtia ſudorem moueri, atq; etiam aluum reddi lubricam. Vomitum concitare pernicioſum falſum eſſe ſcio, & hic quidam ciuis quoties in balneum ſe contulit non exiguam illius doſim in vino ſumpſit ſudoris eliciendi cauſa, atq; affirmauit patrem ſuum hoc remedio ad extremam ſenectutem ſe à multis morbis tutum reddidiſſe. Felibus tamen & canibus præſens venenum eſſe experientia teſtatur. Ioachimus Camerarius in epiſtola ad me.

Georg. Agricola lib. de peſte, aliam habet deſcript. cui addit Rad. Pentaphylli drachmas tres. Terræ Lemniæ drah. duas, & Corallij rubei drach mam unam, Cornu cerui drach. ſemis, ſed ne hanc quidem ita multum probat.

ELECTVARIVM GVIDonis contra Peſtem, quod alij Electuarium Papæ vocant.

℞. Granorum iuniperi drach. duas ſemis.

Caryophyllorum
Macis
Nucis moſchatæ
Zingiberis albi
Zedoariæ ana drach. duas
Gentianæ
Tormentillæ
Herbæ tunicæ (*pro ea aliqui ſumunt Angelicã, alij Carduũ benedict.*)
Diptami albi
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ (*Helenium alij*)
longæ ana drach. duas ſemis.

Saluiæ
Rutæ
Balſamitæ
Mentæ criſpæ
Rad. Chelidonij ana drach. vnam
Dictamni Cretici ſeu Pulegij Ceruini.
Baccarum lauri
Doronici (*Angelicæ aut Caryoph.*)
Croci orientalis.

Sem. Acetoſæ
 Citri
Ocimi
Maſtiches
Thuris
Boli armenij
Terræ lemniæ
Spodij præparati
Oſſis de corde cerui
Raſuræ eboris
Margaritarum pręparatarum
Coralliorum rubeorum
Fragmentorum Saphyri
 Smaragdi
Ligni aloes
Santali Citrini
 Rubei
 Muſcellini ana drach
 ſemis
Conſeruæ Roſarum
 Bugloſſæ
 Nympheæ
Theriacæ electæ ana vnciam
 vnam
Sacchari optimi libras tres
Diſſoluatur Saccharum cum aqua Scabioſę & roſarum, addendo.
Camphoræ ſcrup. vnum.
Miſceantur omnia ut eſt artis.

Non eſt in uſu, poſſet tamen in eum reuocari maxime contagionis & peſtilentiæ tempore. Eadem eſt Theriaca Arnoldi de Villa noua.

DIASCORDIVM HIEronymi Fracaſtorij.

℞. Cinamomi
Caſſiæ ligneæ ana vnciam
 ſemis
Scordij veri vnciam vnam
 Dictam-

Dictamni Cretici
Tormentillæ
Biſtortæ
Galbani
Gummi arab. ana drachmas quatuor
Opij drach. vnam ſemis.
Styracis cal. drach. quatuor ſemis
Sem. acetoſæ drach. vnam ſemis.
Gentianæ drach. quatuor
Boli armeni vnciam vnam ſemis
Terræ lemniæ vnciam ſemis
Piperis longi
Zingiberis ana drach. duas
Mellis albi lib. duas ſemis
Conſeruæ roſarum lib. vnam
Vini aromatici. lib. ſemis.

Fiat Electuarium.

Id in uſu eſſe cepit apud noſtros, eo enim feliciter vtuntur in ijs, quibus Theriaca locum non habet, ut pueris & grauidis. In Cephalalgia etiã Epidemica iam aliquot annis graſſante cũ aqua Oxalidis aut trifolij acetoſi. Deſcribitur à Hieronymo Fracaſtorio de Contag. & morbis contagioſis lib. 3. cap. 7. & in peſte correptis ac extreme deſperatis commendat hoc modo:

Succi Luiulæ Oxydis ſeu acetoſellæ, vncias duas
Citri vnciam vnam.
Diaſcordij drach. vnam.
Specierum cord. è gemmis ſcrup. duos.
Aceti vnciam vnam.
Omnia miſceto, & totum haurito.

ELECTVARIVM VITÆ Arnoldi de villa noua.

℞. Vuarum paſſarum libram vnam.
Glycyrrhizæ raſæ drachmas quatuor
Aquæ fontis vncias quindecim, aut q. ſ.

Coquantur bene & exprimantur, quibus adde
Cort. Myrobal. Chebulorum
Citrinorum
Indorum ana
vnciam vnā.
Emblicorum
Belliricorum.
ana drach. vnam.

Omnia contuſa decoquantur, exprimantur & colentur, addendo
Sacchari libram ſemis.
Coquātur ad formam ſyrupi, vltimo adde
Cinamomi electi
Caryophyllorum
Galangæ
Nucis moſchatæ ana drach. vnam
Sem. Aniſi
Fœniculi ana vnciā ſemis
Miſceantur ut eſt artis.

Ventriculum roborat, ſuperfluitates humorū ex nutrimento præterito remanentes purgat, vſus eius facit homines coloratos, & caniciem retardat. Deſcribitur ab Arnoldo in tractatu de conſeruanda iuuentute, & retardanda ſenectute fol.89. Hodie non eſt in uſu. Olim eo frequenter vtebantur Paulus Ricius, & Ambroſius Iung ſenior, medici celebres, qui decoctioni. Myrob. addebant Florum Violarum, Borraginis, Bugloſſæ, Anthos ana ſcrup. duos, Folliculorum ſenæ vnciam ſemis, & in fine Rhabarb. vnciam vnam, Agarici vnciam mediam, & ſic nonnihil aluum mouebant. Hodie à paucis eſt expetitum medicamen. cum eiuſdem intentionis pleraque alia habeamus.

ELECTVARIVM ALkermes, Meſuæ.

℞. Serici ſucco granorum tinctorum recenter tincti
libram ſemis.
Succi pomorum dulcium
Aquæ

Aquæ roſarum
Sacchari albi — ana vncias nouem
Ambræ crudæ — drach. duas
Ligni aloes optimi
Cinamomi electi — ana drach. tres
Lap. Cyanei loti & præparati
Margaritarum albarum — ana drach. duas
Foliorum auri boni — drach. ſemis
Moſchi laudatiſ. ſcrup. ſemis.

Sericum aqua & ſucco maceretur viginti quatuor horis, deinde pauliſper his incoquatur, donec liquores iſti rubeāt, quos expreſſo & abiecto ſerico, coque cum ſaccharo ad mellis conſiſtentiam. Ab igne depoſitis, & adhuc calentibus miſce ambram, qua liquata inijce puluerem ligni aloes, Cinamomi, Lapidis Cyanei, Margaritarum, Folia auri & moſchum.

Raro eſt in uſu, propter operoſam & valde precioſam eius compoſitionem, Norimb. Lap. Cyanei drach. 10. ſumunt. Doſis à drachma ſemis ad integram ad ſummum. Sunt & aliæ minus operoſæ & precioſæ huius Elect. compoſitiones vt Noſtradami & Iuberti, quæ apud noſtros etiam pharmacop. proſtant. Porro monent Norimb. fol. 278. Sericum arte infectum coloribus, ad medicamenta interna nullo modo eſſe aſſumendum. Sunt et alia quædam Elect. non omittenda, quorum uſus aliquando fuit celebris, ut & ſequens:

ELECTVARIVM Opticum Adolphi Ocnis II.

℞. Specierum Pliriſarchontici
Sem. fœniculi — ana drach. vnā
Macis

Macis
Cubebarum
Cinamomi
Piperis longi
Caryophyllorum ana ſcrup. ſemis
Euphragiæ vnciam ſemis.
Succi Saluiæ
Rutæ
Chelidonij ana vnciam ſemis.
Sacchari clarificati vnciam vnam
Mellis Roſati vncias quinq;.

Coquātur ſucci cum melle ad ſpiſsitudinem, deinde ſpecies tritę addantur.

Hoc electuarium auus primum meus, deinde parens, piæ & reuerendæ memoriæ, feliciter, vſi ſunt in viſus imbecillitate vndecunq; proueniente, & ſuffuſionibus, vnde nomen etiam traxit. Vide Norimb. fol. 33.

ELECTVARIVM PECctorale, Adolphi Occonis III.

℞ Succi Glycyrrhizæ vnciam ſemis.
Hyſſopi
Capillorum Veneris
Ireos
Sem. Vrticæ
Ariſtolochiæ rotundæ ana drach. vnam ſemis
Piperis nigri
Sem. Naſturcij
Rad. Enulæ ana drach. ſemis
Auellanarum.
Amygd. dulcium ana vnciam ſemis
Pinearum vnciam vnam
Mellis

Mellis vncias quatuordecim.
Fiat electuarium.

Hoc ego vſus ſum in Aſthmate, & præ cæteris miram eius efficaciam expertus ſum, quare id alijs etiam utendum communicare volui.

PASTA REGIA SEV panis Marcius.

℞. Amygdal. dulcium contuſarum. libram ſemis
Sacchari tenuiſs. pulueriſati libram vnam.
Cum aqua roſarum fiat paſta.

PIGNOCATA.

℞. Sacchari clarificati & nondum perfecte cocti lib. vnam, id poſtquam optime igne remoto agitatum fuerit, ac dealbatum adde
Nucum pinearum vncias quatuor.
Rurſus probe miſceantur, poſtea perfecte coquantur, & in vocatos morſellos redigãtur.

SPECIES INCISAE, SACcharo obductæ.

℞. Glycyrrhizæ vnciam vnam
Cinamomi electi drach. ſex.
Zingiberis drach. quinque ſcrup. vnum.
Calami aromatici drachmas quatuor
Macis
Nucis moſchatæ ana drach. duas, ſcrup. duos.
Galangæ
Caryophyllorum ana drach. duas.

Cubebarum ſcrup.quatuor
Sem. Aniſi vncias quatuor.
Carui
Fœniculi
Coriandrorum præp. ana vncias duas.
Conficiantur omnia cum ſaccharo,ut eſt artis.

Xiloaloen quæ prioribus exemplis addita erat omiſi, nam propter duriciem eius mandi & dentibus conteri difficulter poteſt.

SPECIES INCISAE SIue Trageagroſſa,vt vocant.

℞.Glycyrrhizæ inciſæ
Aniſi confecti ana lib.vnam
Confect.ſem.Fœniculi
Carui
Coriandorũ præp.
Zingiberis albi ana vncias octo.
Cinamomi electi vncias duas
Calami aromatici vnciam vnam
Nucis moſchatæ vnciã ſemis
Concidantur groſſo modo, & miſceantur.

SEM. VSITATA SACcharo incruſtata.

Sem. Papaueris albi
Carui
Coriand. præp.
Aniſi
Fœniculi
Erucæ
Santonici
Maioranæ.

FRV-

FRVCTVS SACCHARO incruſtati.

℞. Amygdalæ
Pineæ
Cubebæ
Caryophylli
Piper album
nigrum
Piſtacia
Zingiber
Cinamomum

PVLVERES MEDICATI.

PVLVIS SOLVTIVVS, Magiſtralis Stockſtaldi.

℞. Turbith electi vnciam ſemis
Cinamomi
Zingiberis ana drach duas
Caryophyllorum
Cardamomi
Galangæ
Maſtiches ana drach. ſemis
Sem. Aniſi drach. vnam
Hermodactylorum
Diagridij
Fol. ſenæ ana drach. quatuor
Sacchari vncias tres
Fiat puluis.

Hydropicis confert Pituitam & bilem mirifice purgat, & in frequenti vſu apud noſtros, ut & ſequēs, quem de tribus inſcripſi propter Rhab. Turbith & folia Senæ. Eius deſcriptio extat in Valeſco, doſis à drachma ad ſcrup. quatuor.

PVLVIS SOLVTIuus de tribus.

 ℞. Fol.

℞.Fol.Senæ drach. ſex
Turbith drach.quatuor
Rhabarbari drach.duas
Glycyrrhizæ
Sem. Aniſi
Fœniculi ana drachmã vnam
Spicæ Indicæ ſcrup. ſemis.
Fiat puluis

PVLVIS SENAE PRAEparatæ Montagnanæ.

℞. Foliorum ſenæ vnciam vnam ſemis.
Zingiberis
Macis ana drach.tres
Cinamomi
Tartari ana drach.vnã ſemis.
Fiat puluis.

Aduſtos & retorridos humores, Melancholicumq́ ſuccum hoc puluere purgamus, ſeroſam aquarum colluuiem exhaurimus, pituitam ſalſam & putrilaginem iam conceptam deturbamus: eoq́ nomine cutis fœditatem, ſcabiem, lepram, cæterasq́ eius generis ſordes eluimus. Sumpta eſt formula ex remediorum penu Montagnanæ, cui etiã capitis purgandi vires attribuit.

Quidam aniſum addunt drachmæ pondere alij Tartarum augent.

PVLVIS AD SVPPOſitoria communia.

℞. Aloes drach.duas
Cumini
Salis gemmæ
Rutæ ana drach. vnam
Fiat puluis.

ALIVS AVCTIOR.

℞. Aloes vnciam ſemis.
Hellebori albi.
Granorum colocyntidos
Centaurij

Cumini

Cumini
Rutæ ana drach. vnam.
Fiat puluis.

PVLVIS AD SVPpoſitoria ſicca.

℞. Spec. Hieræ picræ vnciam vnam ſemis.
Colocynth. pul. drach. ſex.
Helleb. albi pul. vnciam
Salis com. vncias tres
Farinæ frumēti vncias decem & octo.

Cum vitello ouorũ & melle deſpumato quantum ſufficit fiant ſuppoſitoria.

PVLVIS AD LVMbricos.

℞. Sem. ſancti vncias quatuor
Fol. ſenæ. vnciam vnam.
Coriandrorum præp.
Cornu cerui ana drach. ſemis
Fiat puluis.

Is eſt officinis noſtris vſitatus, alijs alij ſunt in vſu, Venetorum. Ferrarienſium, Nurſini & aliorum qui requirit, conſulat Fœſij pharmacop. Sect. 9. de puluer.

PVLVIS GRISEVS CAEſaris contra peſtem.

℞. Rad. Pimpinellę
Gentianæ
Tormētillę
Serpētariæ
Fol. Rutæ
Abſinthij
Nucum iuglandium ſeu regiarum
Granorum iuniperi
Aceti roſarum

Theriacæ electæ ana vnciam vnam

Miſceantur omnia ſimul: quidam addunt.

Caſtorei vnciam ſemis.

PVLVIS RVBEVS CÆ-ſaris, contra peſtem.

℞. Myrrhæ electæ.
Croci ana drach. vnam
Oſſis de corde cerui ſcrupulos duos
Cornu cerui drach. duas.
Dictamni cretici
Tormentillæ
Pimpinellæ
Gentianæ ana drach. duas, ſcrup. duos
Zedoariæ
Zingiberis ana drach. tres
Sulphuris viui
Boli armeni veri ana drach. quatuor.
Camphoræ ſcrup. quatuor.
Theriaces Andromachi
Mithridatij optimi ana drach ſex.

Fiat omnium pulùis aſpergendo aquę vitę modicum, ut eſt artis.

Is anno Chriſti 1572. quo peſtis inualuit, nobis fuit frequentiſſ. & D. Achilli noſtro p. m. familiaris. Sunt & aliæ compoſit. plurimæ puluerum Alexipharmacorum, de quibus cõſule eundem Fœſium.

PVLVIS AD DENtifricia.

℞. Cornu cerui vſti
Pumicis
Coralliorum rubeorum
alborum

Tutiæ

Tutiæ præparatæ
Maſtiches
Sandaracæ, id eſt, Vernicis
Cinamomi ana drach. vnam
Rad. Ireos drach. quatuor
Moſchi grana ſex.
Miſce fiat puluis.

PVLVIS AD STRVmam Arnoldi de villa noua.

℞. Spongiæ combuſtæ
Pilæ marinæ toſtæ
Oſſis ſæpiæ
Piperis longi
Nigri
Zingiberis
Cinamomi
Salis gemmæ
Pyrethri
Gallarum
Lapidis ſpongiæ ana vnciam vnam
Pulueriſentur & miſceãtur.

PVLVIS AD Caſum.

℞. Terræ ſigillatæ aut boli armeni
Sanguinis draconis
Mumiæ ana drach. duas
Spermatis ceti drach. vnam.
Rhabarbari drach. ſemis.
Miſce fiat puluis.

Propinatur præcipitatis, ruptis, contuſis, fractis, ex vino aſtringente, vel cui incoxerint quæ ſtringendi vim habent, ut roſæ, balauſtia, cytini, malicorium, myrti, & rubi cacumina, ſumach, & id genus alia. Hoc vino intincta lintea, & expreſſa, calida laboranti circumuoluta, omnem ex ictu & præcipitio offenſionem mirificè curant,

cè curant, eſtq́; celebre Hiſpanis nec contemnendum remedium. Quidam reliqua ſimplicia ex Auicenna ſubdupla Rhabarbaro faciunt, etſi æqualia quoque eſſe poſſunt. Vide diuerſas remediorum formulas, apud eundem Fœſium. & Norimb. fol. 37. Mumiam improbat Ambroſius Paræus lib. XI. cap. VII. de Mumia.

PVLVIS PRO VLCEribus Gutturis.

℞. Sulphuris viui vncias quatuor
Myrrhæ rubeæ
Aluminis ſacchar. ana vncias duas.
Maſtiches
Thuris ana vnciam vnam
Pyrethri drach. ſex.
Fiat puluis.
℞. Huius pulueris vnciam vnam
Vini ſublimati. lib. vnam
Miſce.

Hic puluis vſitatiſs. eſt in Xenodochio, aut noſocomio Gallico dom. Fuggerorum eo vſus eſt primum auus meus, deinde parens piæ memoriæ feliciſs. ſucceſſu.

PVLVIS AVICENNAE ex Cineribus.

℞. Cinerum Vitri
Scorpionum
Rad. Braſſicæ
Leporis
Putam. ouorum è quibus pulli fuerint excluſi.
Lapidis ſpongiæ
Sanguinis hirci præp.
Lapidis iudaici
Gummi iuglandis
Acori ana drach. vnam.
Petroſelini
Dauci
Pulegij

Gummi

Gummi arabici
Sem. Altheæ.
Piperis nigri ana drach. vnam ſemis.

Terantur & ſimul miſceantur.

Hic puluis, ut & ſequens, in officinis noſtris non proſtat, poteſt tamen parari neceſſitate exigente.

PVLVIS AD CALculum.

Sem. Milij ſolis
Saxifragiæ
Lactucæ
Hyoſcyami ana drach. (vnā
Papaueris albi ana ſcrup. duos ſemis.
Quatuor ſem. frigid. maiorū, ana ſcrup. duos
Glycyrrhizæ ſcrup. quatuor
Trochiſ. halicac. drach. vnam ſemis.
Sacchari vncias duas.

Fiat puluis.

PVLVIS PARTVM prouocans.

℞. Cinamomi drach. vnam
Croci drach. ſemis
Caſiæ ligneæ veræ ſcrup. duos.
Succini albiſſimi ſcrup. vnum

Fiat puluis.

Priora exemplaria addebant Corticem Caſiæ fiſtulæ & per eam ſolutiuam intelligũt, qui practicis omnibus ad hunc uſum magnopere commẽdatur, ſed non video quo pacto in re exucca, ſicca, terrea, & aſtringente potius, huius affectus leuamen quærant, exiſtimoq́ Caſiam ligneam veram efficacius præſcribi poſſe, quare eandem etiam omiſi. Alias compoſitiones & pulverem ſecundas eijcientem require apud eundem Fœſium. Is tamen quem poſteriore loco adſcripſi, & quem poſteritati communicare volui, vſitatiſſ. erat & exper-

experitiſs. præceptori olim meo Helideo de Paduanis, Medico Bononienſi eximio, qui pro magno ſecreto non niſi fidiſsimis amicis & diſcipulis eum communicauit.

ALIVS HELIDAEI de Paduanis.

℞. Cinamomi
Croci ana ſcrup. vnum
Boracis ſcrup. quatuor.
Detur ex aqua Artemiſiæ.

De Mumia vide cenſuram Ambroſij Paræi ſupra fol. in puluere ad Caſum

PVLVIS STERNVtatorius.

℞. Maioranæ drach. vnam ſemIs
Betonicæ
Pyrethri ana drach. ſemis
Hellebori vtriuſq; ana drach. vnam
Pulegij ſcrup. vnum.
Fiat puluis.

PVLVIS ADSTRINgens Galeni.

℞. Aloes
Mannæ thuris
Corticum pini
Terræ lemniæ
Boli armeni
Lapidis hæmatidis
Succi hypociſtidis
Croci
Gallæ omphacit: ana drach.
Fiat puluis.

PVLVIS AD NAſalia.

℞. Calaminthæ
Maioranæ
Rad. Ireos
Caſtorei

Sem.

Sem. nigellæ
Staphiſagriæ ana ſcrup.
Hellebori albi vnam
Pyrethri
Nucis moſchatæ
Myrrhæ rubeæ
Euphorbij ana ſcrup. duos
Conterantur ſingula, deinde cum Labdani drachmis ſex & melle modico formentur naſalia.

PVLVIS PRO EPIthemate cordis.

℞. Florum Bugloſſæ
Boraginis
Meliſſę ana manip ſemis.
Santalorum omnium
Roſarũ rub. ana drach. duas
Corticum citri
Sem. acetoſæ
Ligni aloes
Caryophyllorum ana drach. vnam ſemis.
Fragmentorum lap. precioſorum omniũ ana drach. vnã
Doronici
Been vtriuſque
Succini (*Carabe*)
Oſſis de corde cerui ana ſcrup. quatuor.
Margaritarum præp.
Corallij vtriuſq;.
Spodij ana drach. ſemis.
Croci ſcrup. ſemis
Camphoræ grana ſex.
Moſchi grana tria.
Trita omnia probe, v ſui reſeruentur.

Hunc puluerem qui prioribus exemplaribus

deerat, addere viſum eſt propter miram eius efficaciam in cordis affectibus, palpitatione, ſyncope, & conciſis propemodum vitalibus facultatibus. Nobiliß. enim viſcus ſopitum & veluti tenebris aut caligine occæcatum excitat. Melancholicis, ſplenicis, triſtibus & deſperantibus ſuccurrit, in peſtilitate cordis ſpiritus refocillat. Aliam deſcript. habent Norimb. fol. 35.

PVLVIS VIOLARVM odoratus.

℞. Iridis Florentinę vncias ſex
Roſarum rub. vncias quatuor
Cyperi drach. ſemis
Maioranæ
Caryophyllorum
Styracis ana vnciam vnam
Beniouin aut Benzoi
Santali albi ana vnciam ſemis
Violarum drach. tres
Moſchi drach. vnam.
Fiat puluis.

PVLVIS SAXOnicus.

℞. Rad. Valerianę vnciā ſemis
Vincetoxici
Vrticæ ana vnciā vnā.
(alij Vrticariæ minoris)
Polypodij quercini
Rad. Alteæ
Angelicæ ſylueſtris ana vncias duas.
Angelicę ſatiuæ recentis vncias quatuor.
Cort. rad Laureolæ Germanicæ, quam kellerhals appellant, vnciam vnam ſemis.

Radices illæ omnes effodiantur eo tempore quod XV. Auguſti & VIII. Septēbris intercidit, illæ inciſæ reponantur in ollam vitreatam affuſo aceto

ceto acerrimo, quod duobus digitis radices excedat, tũ olla operculo clauſa rimæ omnes albo oui cum farina ſubacto diligenter oblinantur, & ſic in olla ad lentum ignem leniter omnia bulliant, poſtea olla operta abiecto quod redũdat aceto radices exiccentur, quoad teri poſſint, deniq; cõtritis omnibus, addãtur acini herbæ Paris dictæ numero 26. (24. *Norimb.*) & fiat puluis, cuius drachma adultis & validis (alijs .n. minor doſis ſufficit) propinatur è vino albo, Vide Moibani Parabilia Dioſc. lib. 2. Cap. 143. ibidem varias deſcript. reperies & vſum.

PVLVIS RVBEVS Pannonicus.

℞. Boli Armeni præp. cũ aqua roſarũ & acetoſæ vncias tres
Terræ lemniæ verę præp. vncias duas.
Corallorum rubeorum præp. vnciam dimidiam
Corallo. albo. præp. drach. ſex.
Lapidũ præcioſorum ſcilicet
Smaragdi
Rubini
Saphyri
Hyacinthi ana drach. quatuor.
Margar. præp. drach. quinq;
Cinamomi electi drach. duas
Caryophyllorũ drach. vnam
Seminis acetoſæ drach. duas
Corticũ citri drach. vnam & ſemis.

Sandali albi drach. vnam cũ dimidia
Sandali rubri drah. duas.
Spodij præp. drach. quinq;.
Raſurę eboris drach. tres
Croci orientalis drach. vnam
Vnicornu aut eius loco oſſis de corde cerui drach. quatuor.
Foliorũ auri puriſſimi numero quinquaginta.
Fiat omnium puluis.

ALIVS.

℞. Boli Armeni, orient. præp. vncias duas.
Terræ ſigillatæ veræ vncias ſex.
Lapidũ precioſorum ſcilicet
Hyacinthi
Saphyri
Rubini
Smaragdi ana vnciam vnã.
Magaritarum præparatarum drach. decem
Spodij præparati
Raſuræ eboris ana drachmas quinq;
Coralliorum rubeorũ præp. drach. octo.
Coralliorum alborum præp. vnciam vnam ſemis.
Rad. Tormentillæ
Diptami ana vncias quatuor.
Vnicornu aut eius loco cornu cerui drach. ſex.
San dali albi drach. vnam
Radicis doronici drach. ſex
Seminis acetoſæ drach. duas
Corticum citri drach. vnam et ſemis.

Cam.

Camphoræ. drach.duas

Puluerifentur ſingula per ſe, & miſceantur, addendo foliorum auri numero quinquaginta, & fiat puluis.

Si electuarium velis forma ſolida ita parandum erit.

℞. Specierum ſupradictarum vnciam vnam cũ dimidia. Sacchari albiſsimi vncias duodecim, diſſoluatur ſaccharũ cum aqua roſarum, & conficiantur rotulæ.

CONDITA
vſitata.

Caro citri
Corticescitri
Flores citri
Floresarantiorũ
Corticesarantiorum
Limones
Myrobalanorum quinq; gen.
Nuces moſchatæ Luſitanæ maiores & minores.
Citonia
Meſpila
Pira moſchatella
Perſica
Pruna ſylueſtria
Ceraſa
Caryophylli
Piper in racemis ex India affertur.
Calamus Aromaticus
Galanga
Zingiber Indicum
Commune
Enula

Eringium

Eringium
Pimpinella
Cichorium
Cortexligni guaiaci
Buglоſſa
Lactuca
Caſia ſolutiua
Satyrion

Omnia diligenter ſaccharo clarificato condiantur ut eſt artis.

CONSERVÆ
vſitatæ.

Abſinthij Romani
Noſtri
Acetoſæ
Adianti
Alleluiæ Luiulæ Acetoſellæ
Anthos(ſeu florũ roriſmarini
Betonicæ
Borraginis
Bugloſſæ
Carduibenedicti
Centaurij
Cichorij
Citrariæ
Conſolidæ maioris
Euphragiæ
Florum perſicorũ
Tiliæ
Fumiterræ
Herbæ tunicæ
Hyſſopi
Lauendulæ
Liliorum alborum
Conuallij
Maioranæ
Maluę

Meliſſæ

Meliſſæ
Mentæ
Nympheæ
Pæoniæ
Primulæ veris
Roſarum omniũ
Rutæ
Saluiæ
Sambuci
Satureiæ
Scabioſæ
Violarum

Flores minutiſſime incidã-tur, & ſingulis libris florũ ad-dantur ſacchari albiſs. libræ duæ, ijs ſcilicet qui humidi & muſcilaginoſi fuerint, ut Bor-raginis Bugloſſæ & ſimilium. Siccioribus vero quales ſunt Roriſmarini, Lauẽdulæ, Mai-oranę, meliſſę & ſimilibus ad-dantur ſacchari albiſs. libræ duę ſemis, affuſa aliquantulũ aqua ſtillaticia, ut cõmodius piſtillo permiſceri poſſint. Deinde ſoli exponantur, bene obturato vaſe, & interdum a-gitentur.

Fiunt etiam quandoq; per-fecte cocto Iulepo, atque in eum iniecta tertia aut quarta parte florũ tritorum, aut mi-nutim cõciſorum, deinde in-ſolantur.

DIACITONITEN ſimplex.

℞. Pulpæ citoniorum va-pore aquæ dulcis ad ſpiſsitu-dinem coctorum. Sacchari al-

 biſs.

biſs.deſpumati & ad ſpiſsitudinem iuſtam cocti ana libras octo.

Coquantur denuo ut eſt artis ad iuſtam cōſiſtentiam, ut poſſint recondi ad ſcatulas. Vel fiant in forma electuarij ſpiſsi. Quidā octo libris pulpę Citoniorum addunt ſex libras ſacchari clarificati.

Eodem modo fiunt alia Electuaria ex prunis, piris, pomis, perſicis, &c.

DIACITONITEN
Galeni, ε᾽ ὑγιανῶν.

℞. Succi pomorum cotoneorum ſtruthiorum (ſunt autem ea tenera odorata dulcia, & mediocris magnitudinis.)
Mellis deſpumati optimi ana libras duas.
Aceti candidi libram vnam

Coctis ſuper prunis modice & ſpuma detracta adde
Zingiberis vnciam vnam ſemis
Piperis albi vnciam vnam

Deinde rurſus lento igne decoquantur, donec mellis craſſitudinem conſequātur. Poſſunt et alia aromata inijci, aut ſaltem in minori quantitate addi pro rei exigentia. Et quādo ut aluum ſoluat conficere volueris in vnamquamq; libram adde
Scammonij vnciam ſemis
quod bene tritum compoſito ſubi-

ſubigatur, poſſunt & plura aromata pro lubito addi.

Variant doſes in quibuſdam libris de compoſit. Medicam. ſcriptis, vide Norimberg. Diſpenſat. fol. 86.

SYRVPI ET IVLEP.

SYRVPVS ACETOſitatis citri.

℞. Succi acidi mali Citrij per pannum rarum colati lib. ſex
Sacchari albiſs. lib. tres
Coquantur ſecundū artem.

Refrigerando & humectando bilioſarum, & æſtuantium febrium incendium potentiſſime extinguit, & ſitis intolerantiam ſedat. Viſcerum phlegmonas ardoremq́ vehementem, & bilioſos affectus omnes corrigit. Cor, ventriculum, & alia viſcera, ab intemperie calida imbecilla firmat, ſpiritus ab immodico calore attenuatos reſolui prohibet, ipſorum putredini humorum, & aëris, tota ſua ſubſtantia reſiſtit, febresq́ peſtilentes aut gigni prohibet, aut iam natas emendat, Venenis reſiſtit. In Italia quo pacto paretur, vide Norimb. fol. 131.

SYRVPVS E CORticibus Citri.

℞. Corticum citri recentium libram
Granorū tinctorum ſeu chermes. drach. duas
Aquæ fontis lib quinque.
Coquántur ad duarū partium conſumptionem adde colato.
Sacchari optimi lib. vnam.
Fiat ſyrupus aromatizetur cū Moſchi oriētalis granis quatuor.

Alij corticum quantitatem ſufficiētem in Iulepum propè coctū inijciunt & fit ſuauior.

Ventriculum & cor roborat, corruptos, putres, & fœtidos ventriculi humores obtundit, oris halitum commendat. Hoc ſyrupo ſæpe vtimur in compoſitionum mixturis, quas opiatas vocãt, ad Cerebrum, cor, & ſtomachum roborandum. Peſtilentibus morbis & venenatis reſiſtit.

SYRVPVS DE LImonibus.

℞. Succi Limonum maturorũ per pannum ſetaceum colati, libras ſex.
Sacchari albiſs. lib. tres.
Coquantur ſecundum artem.

Prioribus non longe inferior ad internum incendium, magis enim refrigerat, & acrius penetrat, lumbricos necat, putredinem precauet, cor & ſtomachum roborat, caloris febrilis vehementiam componit, & affectibus billioſis ſyrup. de Citro conuenientior.

SYRVPVS DE Agreſta Meſuæ.

℞. Agreſtæ (*Omphacij*) lib. quinq;.
Sacchari clarificati lib. tres ſemis
Coquantur ſecundum artem.

Potenter adſtringit, refrigerat, & ſiccat ideoq; à putredine vindicat, conditionię peſtilenti ſaluberrime reſiſtit, ventriculum roborat, eumą ſecurum ab aliarum partium excrementis præſtat, prægnantium malaciam deijcit, intemperiem calidam ventriculi, hepatis, ſitimą vehementem extinguit, venenis reſiſtit & febribus bilioſis gratus eſt, Choleræ morbo, & Dyſenteriæ medetur; purgato prius corpore, poſt cibum ſumptus vomitionem immoderatõirẽ à bile præſertim, moleſtiamą ſtomachi ſubuerſionem, ab æſtuante bile aut inflammatione perſanat.

SYRVPVS DE SVCCO acetoſæ Meſuæ.

℞. Succi acetoſæ depurati libras tres.
Sacchari clarif. lib. duas
Coquantur ſecundum artem.

Febribus bilioſis admodum gratus eſt, peſtilentibus ſaluber, viſcerum igneum calorem moderatur, ipſaą confirmat, & potenter refrigerat.

SYRV-

SYRVPVS ACETOSVS ſimplex Meſuæ.

℞. Sacchari clarif. lib. quinq;
Aquæ fontis libras quatuor.
Aceti vini lib. tres.
Coquantur ſecundum artem.

Incidit, attenuat, abſtergit, refrigerat: ſaluberrimus in affectibus calidis, bilioſis, & ex materia mixta enatis, Bilis impetum tenuitate & æſtu furentem frangit, reprimit, incraſſat & refrigeratione extinguit. Humorum vero craſsitium tenui ſua ſubſtantia aperit, incidit, & attenuat, obſtructiones leuat, vrinas mouet, & ſudores, peſtilentiæ putredinię reſiſtit.

SYRVPVS ACETOSVS compoſitus Meſuæ.

℞. Rad. Fœniculi
Apij
Endiuiæ ana vncias tres
Sem. Aniſi
Fœniculi
Apij ana vnciam vnã.
Endiuiæ vnciam ſemis.
Coquantur lento igne in libris decem aquæ ad dimid. addecolaturæ.
Sacchari optimi lib. tres
Aceti acerrimi lib. duas
Coquantur ad Syrup. conſiſtentiam.

Obſtructiones viſcerum leuat, humorum craſsitiem tenuat & purgat, vrinas promouet, febres compoſitas & nothas alleuat, ventriculũ bile & pit. craſſa refertum alleuat, renum, iecoris, & lienis infarctus penetrat.

SYRVPVS ACETOSVS Diarhodon, Meſuæ.

℞. Succi Endiuiæ
Apij ana lib. duas ſemis.

Rad. Apij
Fœniculi
Endiuię ana vncias duas
Roſarum vnciam vnam
Glycyrrhizæ vnciam ſemis
Spicæ drach. duas ſemis
Sem. aniſi
Fœniculi
Apij ana drach. ſeptem
Aquæ fontis lib. ſex
Aceti lib, duas
Sacchari lib. tres

Modus conficendi eſt, ut arida omnia in aquam coniecta, ad duarum partium conſumptionem decoquantur, deinde cum ſuccis, aceto, & ſaccharo fiat ſyrupus.

Valet ad febres complicatas, hepatis, & ſplenis obſtructiones aperit.

SYRVPVS DE Abſinthio.

℞. Abſinthij Pontici ſeu Romani. lib. ſemis
Roſarum rubearum vncias duas
Spicæ Indicæ drach. tres
Vini veteris clari optimi
Succi cydoniorũ ana lib. tres vncias quatuor

Macerẽtur vaſe fictili horis viginti quatuor, deinde decoquantur & colaturæ adde
Sacchari lib. duas

Fiat ut eſt artis ſyrupus.

Valet ad ventriculi, hepatis, & viſcerum aliorum imbecillitatem, etiam dolorificam, & cachexiam, præſertim à cauſa frigida, appetentiam deiectam excitat, & retentricem vim confirmat, inteſtinorum & viſcerum mollitiem delet, flatus diſcutit, felle ſuffuſos & auriginoſos iuuat, humoresq́ per vrinas propellit, datur in

alba

albo & pituitoſo menſium fluore, ſumitur ex aqua menthæ in ventriculi affectibus, nam in roborando ventriculo & iecore mirabilis eſt potentiæ.

Priora exemplaria habebant vini & ſucci citoniorum ana lib. duas ſemis, verum hæc quantitas nimis parca eſt, ad tantam herbarum copiam imbibẽdam, quare liquoris vtriusq; libras tres ſemis ad imbibendum adſcripſi.

SYRVPVS DE ARthemiſia, Matthæi de Gradi.

℞. Arthemiſiæ manip. duos
Pulegij
Calaminthæ
Origani
Meliſſophylli
Dictamni Cretici
Perſicariæ
Sabinæ
Maioranæ
Chamædryos
Chamępityos ſeu Iuæ artetice
Hyperici
Matricariæ cum flore
Centaurij minoris
Rutæ
Betonicæ
Bugloſſi
Rad. Fœniculi
Apij
Petroſelini
Aſparagi
Ruſci
Saxifragiæ ſeu pimpinellæ.
Enulæ
Cyperi
Rubeæ
Iridis
Pæoniæ ana manip. vnũ, ſeu vnciam
Bacca-

Baccarũ iuniperi
Sem. Liguſtici
Petroſelini
Apij
Aniſi
Nigellæ
Rad. Aſari
Pyrethti
Phu
Coſti
Carpobalſami
Cardamomi
Caſiæ ligneæ
Calami aromatici ana vnciã ſemis.

Omnia trita & quaſſata infundantur horis vigintiquatuor in aquæ puræ ſ. q. aut libris decem coquantur ad dimidij conſumptionem, aufer igni dum aqua tepuerit frica manibus & cola expreſſum percoq; in ſyrup. cum ſacchari libris quatuor.

Deſcribitur ex Gradenſi in nonum Rhaſis ad Almanſorem cap. de menſium ſuppreßione. Efficax eſt in aperiendis obſtructionibus ex craßis, viſcidis, & glutinoſis humoribus, incidit, aperit & potentiß. tenuat. Vteri affectibus prodeſt, eumq́ elocatum priſtinæ ſedi reſtituit, flatus & frigidos humores quibus infeſtatur, aliquando etiam emouetur, dißipans, & dolores ſedans, neruos roborat, menſtruis imperat, materiamq́ contumacem expulſioni apparat & prouocat.

Aromata ſub finem buliant ne ipſorum vires euaneſcant.

SYRVPVS BIZANtinus, Meſuæ.

℞. Succi Endiuiæ
Apij ana lib. duas.
Lupuli
Bugloſſæ ana libram vnam.

Ferue-

Ferueant ſimul, depurentur ſpuma ablata. Eius ſucci libras quatuor, igne lento percoque in ſyrupũ cum Sacchari clariſ. lib. duabus ſemis.

Febres putridas mixtas ex humore biliofo & pituitoſo ſolutu contumaces iuuat, obſtructiones viſcerum aperit, humores craſſos & lentos incidit & tenuat, morbo regio potenter ſuccurrit, Splenis duriciem & obſtructiones ab humoris Melancholici craſſicie diſſipat. Compoſitus ad prædicta omnia valentior.

SYRVPVS BIZANtinus compoſitus Meſuæ.

℞. Succi Endiuiæ
Apij ana lib. duas
Lupuli
Bugloſſæ ana lib. vnã.
In his ſuccis decoquãtur.
Roſarum rub. vnciæ duæ
Glycyrrhizæ vncia ſemis
Spicæ Indicæ drach. duæ
Sem. Aniſi
Fœniculi
Apij ana drach. tres
Colaturæ adde.
Aceti libras duas
Sacchari albiſs. lib. tres.

Coquantur ut eſt artis in ſyrup. Interdum ad ſingulas ſucci clarificati libras addunt
Aceti vncias ſex.

SYRVPVS DE SVCco Borraginis.

℞. Succi Borrag. depurati libras tres
Sacchari clarificati lib. duas
Decoquantur in ſyrupũ.

Ad eundem modum fiunt reliqui etiam ſyrupi ex ſuccis, ut ex ſucco.

BVGLOSSÆ
FARFARÆ
SCABIOSÆ
CHAMÆMELI
CICHORII
VERONICÆ
MERCVRIALIS.

Primis duobus utimur ad Syncopem & cordis tremorem atq; imbecillitatem, Maniacos quoq; & Melancholicos iuuant. Lætitiam generant. P.C. aliter præparat. R. Succi Borrag. prius clarificati cum album. ouorum lib. 8. Florum borrag. recentium lib. 1. quam modice efferueant, aut potius horis aliquot in ſucco clarificato, ac calido macerentur, deinde colētur et cum ſacchari lib. 4. fiat ſyrupus. Reliquis duobus ad pectoris vicia utimur, tuſsim. pleuritidem, & eaſdem facultates præſtant, quibus herbæ dotatæ ſunt. Syrup. è Chamæmelo. Ad ventric. & inteſtinorum dolorem commendatur, Colicis, Iliacis, Amatus exhibebat magno ſucceſſu. E Cichorio vero obſtructiones aperit, intemperiem calidam Hepatis, & Renum æſtus emendat, bilis acrimoniam frangit, refrigerat, & humectat. Syrupus de Veronica. Noſtris etiam in vſu eſt ad pectoris vicia, Aſthma, & renum affectus ad calculos comminuendos. Herbā autem hoc loco intelligo, quæ noſtris Eerenpreis dicitur non ſuccinum, nam Electrum recentiores Græci Euſtachio teſte Βερονίκην vocant, nimirum à Latina voce Vernix, quæ tamen Germanicæ originis eſt Bernſtain, vnde & Birnus & Virneis, & ſic Veronicam interpretari oportet apud Nicolaum Myrepſum in antidotis quibuſdam, quod Fuchſius nō animaduertit.

SYRVPVS DE Betonica.

℞. Succi Betonicæ depurati libras tres.
Sacchari clarificati lib. vnam ſemis.
Fiat ſyrupus ut eſt artis.

Cum ſuccus deſideratur fiat ex infuſione foliorum Betonicæ. Adijciuntur quandoq; aromata, & fit Syrupus de Betonica compoſitus.

Ad

Ad capitis & vteri vitia confert, menſes mouet, & ſimplici potius utimur quam compoſito.

SYRVPVS DE BEtonica compoſitus.

℞. Betonicæ manip. tres
Maioranæ manip. vnũ ſemis
Thymi
Roſarum ana manip. vnum
Violariæ
Stœchadis
Saluiæ ana manip. ſemis
Sem. Fœniculi
Aniſi
Ammeos ana vnciã ſemis.
Rad. Pæoniæ
Polypodij
Fœniculi ana drachmas quinq;

Fiat decoctio in ſ. q. aquæ ad medietatis conſumpt. colaturæ adde
Succi Betonicæ lib. duas
Sacchari quantum ſatis eſt.
Fiat ſyrupus.

SYRVPVS E STOEchade ſimplex.

℞. Florum Stœchadis drach. triginta, id eſt, vncias tres, drach. ſex.
Thymi
Calaminthæ
Origani ana drach. decem.
Aniſi drach. ſeptem
Paſſularum enucleatarum vncias quatuor

Aquę quantum ſatis aut libras ſeptem, decoquantur ad conſumpt. librarum duarum colaturæ adde

Mellis aut Sacchari libras quatuor. *Norimb. Semiſſem addunt.*

Condiantur cum

Calami aromatici
Cinamomi
Zingiberis ana drach. vna ſemis

Ligentur in nodulo & ſyrupo ſuſpendantur.

Hic ſyrupus aliquando aromatibus conditur. & compoſ. dicitur, ea ſi non apponantur ſimplex inſcribitur, quo tum utimur cum non ita magnũ calorem requirimus. Compoſ. vero frigidioribus Cerebri & pituitoſioribus affectibus cõueniẽtior, ubi calore maiore, incidentibus & tenuantibus magis vtendum eſt. Cerebri & neruorum frigidis vicijs confert, horum cauſam, pituitam ſcil. craſſam & viſcidam potenter diſſecans, digerens, & tenuans. Paralyſi, ſpaſmo Cynico, conuulſioni, & Epilepſiæ ſuccurrit, deſtillationes frigidas conſumit & ſiccat, valet etiam ad pectus anhelоſum à deſtillatione impendente. Ventriculum roborat.

SYRVPVS DE STOECHADE compoſitus Meſuæ.

℞. Florum Stœchad. drach. (triginta
Thymi
Calaminthæ
Origani ana drach. decem
Aniſi
Pyrethri ana drach. ſeptem
Piperis longi drach. tres
Zingiberis drach. duas
Paſſularum enucleatarum vncias quatuor.

Aquę quantum ſatis aut libras octo coquantur ad duarum librarum conſumpt. colatum & expreſſum cũ mellis aut ſacchari libris quinq; clarificatum coquatur in ſyrupum, cui propè percocto aromata

mata iſta in panno raro ligata immergantur, deinde in ſyrupo appendantur, ad totius cō-dituram.

℞. Cinamomi
Calami aromatici
Spicæ Indicæ
Croci
Zingiberis
Piperis nigri
longi ana drach. vnam ſemis

Craſſiuſcule tundantur & in nodulo ligentur.

SYRVPVS CAPILlorum Veneris ſimplex.

℞. Aquæ decoct. capillorum Veneris lib. tres.
Sacchari lib. duas.

Fiat ſyrupus.

Ad thoracis affectus calidos, deſtillationes & obſtructiones efficax, pleuritidis initio conuenit, cū materia calida aut mixta ſua tenuitate promptè efferri nequit, obſtruct. vaſorum reſerat.

SYRVPVS CAPILlorum Veneris cōpoſitus.

℞. Capillorum veneris vncias quinq;
Glycyrrhizæ vncias duas
Aſpleni ſeu ceterach manip. vnum

Macerentur in ſufficiente quantitate aquæ ſeu libris ſex horis viginti quatuor, deinde coquantur ad medietatis cō-ſumptionem colaturæ libris tribus adde

Sacchari clarificati
Penidiorum
Aquæ capillorum Veneris
ana vncias octo
Fiat ſyrup. ſecundū artem.

Aliam deſcript. habet Dodonæus qui addit Rad. ruſci & Aſparagi ana vnciam vnam. Sem. Maluæ drach. duas.

SYRVPVS DE ENDIUIA ſimplex.

℞. Succi Endiuiæ depurati
libras octo
Sacchari lib. quinq; ſemis
Coquantur ut eſt artis.

SYRVPVS DE ENDIUIA compoſitus, Gentilis.

℞. Endiuiæ recentis
Boraginis
Scariolæ
Hepaticæ
Bugloſſæ
Meliſſæ
Eupatorij
Lactucę ana manip. vnum
Sem. frid. maiorum ana vnciā
Florum cordialiū ana drach.
tres.
Santali albi
rubri ana drach. vnā.
Coquantur in ſ. q. aquæ, deinde cola, & colaturæ adde
Succi Endiuiæ depurati
libras quinq;.
Granatorum vncias tres
Sacchari albi lib. quatuor
Fiat ſyrup. ut eſt artis.

Pro Endiuia vera hactenus uſi ſunt ſeplaſiarij non ſoncho, ſed lactuca ſylueſtri. Geſsnerus in epiſt. quadam ad me, tamen iam vera & legitima utimur,

utimur. Vera autem eſt Intybus ſatiua, Caulibus & folijs Cichorij ſimilibus, maioribus tamen ac pinguioribus, florem habens inſtar Cichorij, quæ paßim apud nos plantatur. Ad Hepatis & viſcerum omnium intemperiem calidam multum valet, ſitis ardores inextinguibiles euincit, & morbi lateralis inicijs præcipue conuenit. Cōpoſitus efficax eſt in magno præcordiorum incendio, ventriculi & hepatis intemperie calida, in febribus biliosis & ardentibus, obſtructiones liberat, & vrinas promouet.

SYRVPVS E NYMphea ſimplex Nicolai.

℞. Florum nympheæ quot voles.

Macerentur in aqua & illis poſt modum reiectis ter flores in eadem infuſione imbibantur deinde huius colati libris quatuor adde

Sacchari quātum ſatis eſt, aut lib. duas ſemis.

Fiat ſyrupus.

SYRVPVS E NVMphea compoſitus Franciſci Pedemontani.

℞. Florum Nympheæ albæ vncias duas
Citrinæ
Pſilij integri
Sem. Acetoſæ ana vnciam (vnam
Cucurbitæ
Cucumeris
Citruli
Melonis ana vnciam (ſemis
Lactucæ
Endiuiæ
Scariolæ
Portulacæ ana drach. duas
Rad. Fœniculi vnciam vnam

Coquan-

Coquantur in aqua hordei ſufficienti, colaturę addantur
Sacchari lib. vna
Succi granatorum acidorum
Aceti albi ana vnciæ duæ.

Fiat ſyrup. qui aromatizetur cum Santali citrini
Spicæ Indicæ ana drach. vna ſemis.

Ad bilioſarum vehementiumq́; febrium æſtus, dolores à bile procreatos, & capitis feruores. Inſomniam leuat, ſitim extinguit, & potenter refrigerat, & humectat. Compoſ. deſcribitur à Pedemontano in capite de calida intemperie hepatis ſimplicis & compoſitæ. Additur ſpica ne ſua frigid. facilius obſtructiones pariat. Nymphæam citrinam appellat vngulam caballinam aquaticam.

SYRVPVS DE FVmo terræ ſimplex.

℞. Succi fumiterræ depu. lib. quatuor
Sacchari clarificati lib. duas ſemis.

Fiat ſyrupus.

Simplex potius eſt vſui quam maior ſeu compoſ. nam & operoſa eſt compoſitio & iniucunda, ingratiſſ. & quæ celeriter ſitum contrahat aut corrumpatur, efficax tamen ad ea quæ pollicetur. Purgatorius eſt à tribus vncijs ad quinq; vel ſex ſumptus, purgat pituitam ſalſam, & bilem vtramq; vſtam, liberatis obſtructionibus febres putridas ab his humoribus enatas curat. Ventriculum & Hepar roborat, humores ſalſos & aduſtos propellit, pſoram, lepram, ſcabiem, impetiginem, atq; exanthemata delet. Icterũ utrumq; pellit. Vtuntur eo quidam in morbo Gallico. Vide modun compoſit: in diſpenſat. Lugdunenſi.

SYRVPVS DE FVMO terræ maior Meſuæ.

℞. Myrobalanorũ citrinorũ
Chebulorũ ana drach. viginti
Florum Boraginis
Bugloſſæ

Vio-

Violarum
Abſinthij
Cuſcutæ ana vnciam vnam.
Glycyrrhizæ
Roſarum ana drach. quatuor
Epithymi
Polypodij ana drach. ſeptem
Prunorum numero centum
Paſſularum enucl. lib. ſemis
Tamarindorum
Pulpæ caſſiæ ana vncias duas
Aquæ fontis. lib. decem

Omnia præter Caſſiam & Tamarindos, lẽto igne coque ſecundum artem, & cola; in colatura diſſoluãtur Caſſia & Tamarindi, deinde additis
Succi fumiterræ depurati
Sacchari albi ana libris tribus
Rurſus coquantur in formam ſyrupi.

SYRVPVS DE DVAbus radicibus.

℞. Rad. Petroſelini
Fœniculi ana vncias quatuor.
Aquę quantum ſatis eſt.
Sacchari albiſſimi lib. duas.
Coquantur ſecundũ artem.

Obſtructiones viſcerum leuat, humorum craſſitiem exterit, purgat, & tenuat, vrinas promouet, febres compoſitas & nothas adiuuat, ventriculum bile & pituita refertum alleuat, renum, lienis, & iecoris infarctus penetrat.

SYRVPVS DE QVINque radicibus, Meſuæ.

℞. Rad. Apij.
Fœniculi
Petroſelini

Aſparagi
Ruſci ana vncias duas.
Aquæ fontis lib. ſex.
Coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, expreſſum coquatur denuo cum
Sacchari libris tribus
Addendo ad finem.
Aceti albi vncias octo.

Humorum lentitiam incidit magis & apparat, obſtructaq; potentius alleuat, ad omnia prædicta efficacior.

SYRVPVS DE MENtha minor Meſuæ.

℞. Succi menthæ depurati
granatorum dulcium
acidorum
ana lib. vnam
Sacchari aut mellis tantūdem.
Coquantur paulatim ſecundum artem.

Commendatur in Ventriculi intemperie frigida, ideoq; vomitum, nauſeam, & ſingultum ſedat, alui quoq; fluorem ex imbecillitate compeſcit. Stomachum & ventrem totum inferiorem ſuo calore blando, & leni adſtrictione roborat. Maior precioſus eſt propter Galliam, ideoq; rarius præparatur, in quo parando Mentha parum ſiccata, non omnino ſicca ſummenda, quæ ſuperuacaneam humiditatem ſuis flatibus ventriculum turbantem depoſuerit.

SYRVPVS DE MENtha maior Meſuæ.

℞ Succi cydon. acidodulcium
dulcium
Granatorū acido dulciū
dulcium
acidorum
ana lib. vnam ſemis
In ſuccis macerētur horis 24.
Menthæ ſiccę lib. vnam ſemis
Roſarum rubearū vnciæ duæ.

Vini antiqui menſuras duas
noſtrates, ſeu lib. quatuor.
Coquantur lento igne ad
dimidias, colentur, addendo
colaturæ.

Mellis aut Sacchari lib. duas
Coquantur ad perfectionem
& cum repoſueris aromatiza
cum Galliæ moſchatæ veræ
tritæ, & in ſindone ligatę, atq;
ex orificio vaſis ſuſpenſæ
drachmis tribus.

SYRVPVS DE CY-donijs Meſuæ.

℞. Suczi cydonioꝝ acidorō
depurati & clarificati lib.
duas ſemis
Sacchari albi lib. vnam ſemis
Fiat ſyrupus ſecundum
artem.

Quidam ſucci Cydoniorum libras decem coquunt ad dimidias, dein biduo reſidere permittunt dum clareſcant, colato addunt Sacchari libras tres, & in ſyrup. percoquunt, Fœſius.

Ventriculi vires languidas & reſolutas recreat, nauſeam & vomitum ſiſtit, nutritionis inſtrumenta roborat, coctricem facultatem iuuat, viſcerum omnium vires reficit, lienteriam & alui profluuium bilioſum, aut dyſenteriam Hepaticam ex humorum acrimonia obortam ſedat, cibi appetentiam excitat eiusq; faſtidium detrabit, malos ſuccos concoquit, lenit, & expulſioni apparat. Miua melle condita magis calet, amplius deterget, minus tamen ventriculo grata. Aromatica, efficaciſsima in ventriculi ab humoribus frigidis & humidis exolutione, viſcerum intemperie præcipue frigida aquoſa, & in hydropis ſuſpicionem labente: Præcipue tamen longis, & trahentibus alui profluuijs ab humore aquoſo, pituitoſo, & frigido conuenit, inteſtinorumq; leuori ac eadem cauſa ſuccurrit. Lienteriam & vomitum cohibet.

MIVA CYDONIO-rum ſimplex Meſuæ.

℞. Succi cydonioꝝ medij ſaporis depurati lib. duodecim

coquantur ad medietatem adde
Vini albi veteris lib.quinq;
Coquantur lento igne, crebro deſpumãdo ad tertiæ partis conſumptionem, poſtquã reſederit cola, & adde
Sacchari lib.tres
Coquantur ad iuſtam conſtentiam.

Aduerſus alui profluuia bilioſa, ventriculum & cætera viſcera firmat, & vomitum reprimit.

MIVA AROMAtica Nicolai.

℞. Succi cydoniorum acidorum lib.viginti.
Vini albi potentis veteris lib.decem
Mellis opt. deſpumati lib. ſex aut ſacchari tantundem ſi malis.
Coquantur ad perfectionem, poſtea impone ſequentia aromata in ſyndone ligata
Cinamomi electi
Cardamomi maioris ana drach.tres,
Caryophyllorum drach.duas
Zingiberis
Maſtiches
Ligni aloes
Macis ana drach. vnam ſemis
Croci drach.duas
Omnia excepto croco parũ terantur, & nodulo ligata ſuſpendantur, identidem cõfricando in ipſo medicamento donec craſſeſcat, deinde ſublato ab igne aromatiza cum
Moſchi

Moſchi ſcrupulo vno.
Trochiſcorũ Galliæ moſchatæ veræ drach. duabus.
Fiat ut eſt artis.

SYRVPVS DE CALAmintha Meſuæ.

℞. Calaminthæ montanæ
domeſticæ
ana vncias duas.
Sem. Liguſtici
Dauci
Schœnanthus ana drachmas quinque
Vuarum paſſarum lib. ſemis
Aquæ ſufficientem quantitatem ſeu libras ſex.

Primo coquantur vuæ paſſæ, dein reliqua ad medias, in fine addatur Schœnãthos, expreſſum percoquatur cũ Mellis deſpumati libris duabus, fiat ſyrupus.

Viſcerum obſtructiones leuat, incidit, attenuat, terget & aperit, interna calefacit, obſtinatas materias expulſioni præparat, & menſes mouet. Tuſsi antiquæ, Aſthmati, intemperiei viſcerum frigidæ conuenit, ſenibus familiares affectus leuat. Lienis tumorem & duriciem iuuat.

SYRVPVS DE EVpatorio Meſuæ.

℞. Rad. Apij
Fœniculi
Endiuiæ ana vncias duas.
Glycyrrhizæ
Schœnanthus
Cuſcutæ
Abſinthij
Roſarum ana drach. ſex.
Capillorum Veneris
Bedeguar (Spinæ albæ aut Cardui benedicti)

Suhahę (Spinæ Arab. aut Æ-
gyptiæ)
Flor aut radicum bugloſſi.
Sem. aniſi
Fœniculi
Eupatorij ana drachmas
quinq;
Rhabarbari
Maſtiches ana drach. tres
Spicæ Indicæ
Aſari
Folij ſeu ſpicæ Rom. ana
drach. duas.
Aquæ fontanæ lib. octo

Coquantur ad tertiæ partis conſumptionem expreſſioni adde

Succi Apij
Endiuiæ ana quantū ſatis, quidam ponunt ſingulorum libras duas ut Norimb. nos libram vnam
Sacchari libras quatuor.

Coquantur ſecundū artem.

Optimus eſt in febribus diuturnis, tertianis nothis ex bile aut pituita craſſa, quæ iecoris aut lienis obſtruct. parit, partes nutritorias, & concoctricis vires labefactat, aperit, digerit, incidit tenuat & terget, appetentiam excitat, coctionem firmat, robur ventriculi ſuſcitat, hydropi ſuccurrit, Cacochymiam & Cachexiam emendat, vicioſosq́; ſuccos per vrinas expurgat, intemperiem frigidam delet, flatus ventriculo aut iecori innatos diſsipat, hypochondriorum dolorem & tenſionem leuat. Totius corporis corruptionem, quæ male affectum ventriculum & hepar ſequitur expurgat.

Spinæ Aegyptiæ loco Sabinam & Polypodium ad apertionem maiorem & leuandas obſtructiones quidam ſubſtituunt, nos earum loco duplicato Cardui bened. noſtratis pondere uti poſſumus.

SYRVPVS DE EPI-thymo, Meſuæ.

℞. Epithimi drach. viginti
Myrobalanorū Citrinorum
Indorum

Indorum
ana drach. quindecim

Cuſcutæ
Fumiterræ ana drach decem
Thymi
Bugloſſæ
Calaminthæ
Myrobalanorum Emblicorū
Belliricorum
Glycyrrhizæ
Polypodij
Agarici
Stœchados ana drach. ſex
Roſarum
Fœniculi
Aniſi ana drach. duas ſemis
Prunorum numero viginti
Paſſularum enucleatarum vncias quatuor.
Tamarindorum vncias duas ſemis

Aquæ libras decem, bulliant ſecūdum artem colaturę adde
Sacchari libras quatuor
Sapæ lib. duas

Coquantur ſecundum artem.

Sequuntur iam ſyrup. quidam purgatorij ob id dicti, quod ventrem leniant & humores prauos per aluum educant, è quibus primum locum ſortitur iſte ſyrup. de Epithymo, qui viribus affinis eſt ſyrupo Fumariæ, niſi quod hic calidior eſt, magis purgat, potentius obſtructiones aperit, & humores Melancholicos apparat. Eo itaq; utimur in humoribus & affectib. pituitoſis & Melancholicis à bile aduſta & atra, Occulta vulnera, fiſtuloſa & ſinuoſa curat, fœdam corporis ſcabiem & nigram, capitis areas & impetiginem emendat, pſoram, lepram, cancrum, elephantiam, morbum item Gallicum pellit.

SYRVPVS DOMESTIcus, ſiue de ſpina Infectoria.

℞. Bac-

℞. Baccarum fruticis Illius quem ſpinã ceruinam vocãt, circa finem Septembris aut Octobris initio collectarum quantitatem ſufficientem.

Contundantur in pila lapidea, deinde exprimendo colentur.

Succus expreſſus coquatur lẽto igne, donec quarta pars abſumatur, atq; iterum coletur.

℞. Huius colati lib. duas
Mellis deſpumati vncias ſedecim.

Coquantur ſimul donec ſyrupi bene cocti cõſiſtentiam acquirant, adijciendo in fine.

Aniſi
Maſtiches ana drach. tres
Zingiberis
Cinamomi
Caryophyllorum ana drach. vnam ſemis.

Baccas ſemicontuſas quatuor diebus in fictili vitreato macerari per ſe loco calido permitti to, & efficacior ſuccus reddetur. Cuius libras duas Sacchari vel Mellis libram vnam ſemis, decoquunt ad ſyrup. ſpiſſitudinem demum linteolo rariore colato addunt Cinamomi, Zingiberis ana vnciam ſemis, Caryoph. drach. duas, fiat ſyrup. Hunc ita Matthiolus in Dioſc. præparat, lib. 3. cap. 132. de Rhamnis. Bilem pituitam & ſeroſos maxime humores purgat, vnde eius vſus præcipuus in Cachexia & Hydrope, conſule de eo Reinerium Solenandrum in Conſilijs.

SYRVPVS DE CICHOrio cum Rhabarbaro Nicolai Florentini.

℞. Endiuæ domeſticæ
Syluestris ana manip. duos ſemis.
Cichorij
Taraxacon ana manip. duos.

Cicer-

Cicerbitæ (ſeu Sonchi)
Hepaticæ (ſeu Lichenis)
Lactucæ domeſticæ
Fumiterræ
Lupulorum ana manip. vnũ
Hordei integri vncias duas
Capillorum Veneris drach. decem & octo.
Veſicariæ ſeu Halicacabi
Glycyrrhizæ
Aſpleni ſeu Ceterach
Cuſcutæ ana drach. ſex
Adianti vulgaris ſeu Rutę muraria (addunt Norimb.)
Rad. Fœniculi
Apij
Aſparagi ana vncias duas.

Coquantur in aquæ lib. triginta ad medietatis conſumptionem, deinde cum ſacchari albi clarif. libris decem fiat ſyrupus, pro cuius vnaquaque libra inter coquendum adijciantur.

Rhabarbari optimi vncia ſemis
Spicæ ſcrup quatuor

Ligato in linteolum rarum et exprime in decocto bulliendo parum, priuſquam ſaccharum adijciatur, deinde in percocto ſyrupo ſuſpendantur.

In hoc ſyrupo ſtudio omiſimus Adianthum, Polytrichum & Scariolam, Endiuiarum porro & capillorum veneris quantitatem auximus nõ ſine ratione. In prima eius decoctione Rhabarb. & Spica quæ in priore ſyrupo ſuſpenſa erant cũ herbis decoquuntur, & ſic efficacior fit ſyrup. deinde renouantur eadem, eodem quo dictum eſt pondere, nimirum accipiendo ad libram vnam ſacchari Rhab. vnciam ſemis & Spicæ ſcrup. quatuor, & cum in hac compoſ. ſint decem libræ Sacchari

chari ſumendæ erunt Rhab. vnciæ quinq;. Spicæ vncia ſemis, drachma vna, ſcrup. vnus. Petrus Coudenb. Sacchari lib. 4. eſſe indendas eamq́ quãtitatem abunde ſatis eſſe cenſet, & ſpicæ ſcrup. duos hic quoq; ſufficere arbitratur. Præſtiterit etiã radices & herbas aridas horis vigintiquatuor infundere, deinde cum reliquis decoquere ad med. ſic enim efficacior fiet ſyrupus, ad Iecoris intemperiem calidam, obſtructionem, fellis ſuffuſionem ſeu Icterum. Splenicis & Melancholicis confert. Cachexiam & viſcerum impuritatem omnemq́ venenatam materiam ſoluit, nutritionis inſtrumenta roborat, humoresq́ vicioſos per vrinam & ſeceſſum educit, Peculiariter Epilepticis confert, maxime pueris, & eum in hoc caſu mirifice cõmendabat Montanus, imo aſſerebat Nicolaũ eundem ad Epilepſ. remouendam compoſuiſſe.

SYRVPVS DIASEREOS Andernaci. Cõment. 2. dialogo 7. de vetere & noua Medicina.

℞. Intybi latifolij ſeu Endiuię
Cichorij ana manipulum
Adianthi albi
nigri ſeu capillorũ Veneris
Agrimoniæ
Scolopendrij ſeu Ceterach
Lupuli
Fumariæ ana manip. ſemis
Granorum Halicacabi
Cuſcutæ ana drach. tres
Rad. Apij
Fœniculi
Aſparagi ana vnciam ſemis
Polypodij quercini vnciam vnam
Glycyrrhizæ drach. ſex.
Seminis Cnici vnciam vnam ſemis.
Sem. 4. frigid. maiorum ana drach. duas.
Hordei nõ excorticati pugillos duos.

Sem.

Sem. Endiuiæ
Cichorij ana drachmã vnam ſemis.
Vuarum Paſſarum vnciam vnam
Pruna Damaſcena numero viginti
Florum Borraginis
Bugloſſæ
Violarũ ana pugillũ vnum
Myrobalanorũ Citrinorum
Chebulorum
ana vnciam ſemis

Omnia in aqua ad tertias decoquãtur, & in huius decocti iure colati libra & ſemiſſe, macerentur ſeorſim per noctem.

Rhabarbari electi vnciæ duæ ſemis
Agarici Trochiſcati vncia
Foliorum ſenæ vncia vna ſemis
Zingiberis
Cinamomi ana drachma

Expreſſis colatisq́; iterum adde
Sacchari optimi libram
Syr. Roſati ſolutiui vncias tres

Mixta omnia rurſus modicè coquãtur ad iuſtam ſpiſsitudinem.

Ad viſcerum obſtructiones febres, & alia inde prouenientia mala.

SYRVPVS DE RHAbarbaro ſolutiuus.

℞. Rhabarb. opt.
Foliorũ ſenæ ana vncias duas ſemis.

Florum violarum manipulũ vnum
Cinamomi drach.vnã ſemis.
Zingiberis drach.ſemis
Aquar.Betonicæ
Cichorij
Bugloſſæ ana lib.vnã ſemis

Fiat omniũ infuſio per noctem mane ebulitione & expreſsione facta, colatura decoquatur in ſyrup. cum Sacchari albi libra aut q. ſatis. adde Syrup. Roſati ſolutiui cõpoſiti, vncias quatuor.

Is paratur in omnibus noſtris officinis, ad prædicta omnia valentior, citra moleſtiam in pueris & delicatulis aluum ſubducens, vtramq; bilem deturbans. & eſt in uſu propemodum quotidiano.

SYRVPVS ROSATUS ſimplex.

℞. Aquæ in qua roſæ recentes ſunt maceratæ lib. quinque
Sacchari clarificati libras quatuor
Coquãtur ad formam ſyrupi.

Roſarum viridium aut recentium libræ unæ inijciuntur libræ quatuor aquæ puræ fontis, horis viginti quatuor, demum reiectis prioribus roſis, totidem recentes ſumuntur, reiteratur id tertium, deinde colati lib. V. adduntur libræ quatuor ſacchari aut mellis, & fit ſyrup. Roſ. vel Mel Roſaceum, noſtris officinis ea parandi ratione vſitatiſs. Reliquum enim Nicolai vel Meſues non paratur. Ad eundem modum præparantur Syrup. & Mel Violatum. & de Roſis ſiccis.

SYRVPVS DE ROſis ſiccis.

℞. *Infuſionis roſarum aridarum & ſacchari ana partes æquales, & decoquitur in formam ſyrupi, noſtris hodie raro uſui.*

SYRV-

SYRVPVS ROSATVS ſolutiuus, ſiue Mucharum.

℞. Foliorum roſarũ damaſc. recentium libras quinquaginta quinq;.

Macerentur horis viginti quatuor in libris ducẽtis aquę claræ feruentiſsimæ, in vaſe terreo vitreato, ſtricti oris & bene cooperto. Poſtea facta expreſſione, aqua rurſus calefiat non tamen ad ebulitionẽ vſq;, & in ea roſarum viridiũ libræ quinquaginta totidem horis infundãtur expreſſione rurſus facta, eidem aquæ rurſus calefactæ librę quadraginta quinq; roſarum tamdiu infundantur, & leniter exprimantur. Poſtea libræ quadraginta eodem modo infundãtur, & exprimãtur. Tum quoque libræ triginta quinq; eodem ordine, rurſus triginta, poſt viginti quinque, demum viginti, ut tãdem eidem aquæ libræ trecentæ foliorum roſarum recẽtium infuſæ ſint. His peractis infuſionem cola, ſine ut reſideat quoad clareſcat, poſtremo adde Sacchari albi libras quinquaginta, & in ſyrupum percoque.

Meſuæ duas tantum fieri iubet Roſarum infuſiones, ſed præſtiterit feciſſe plures, quidam eundem paulo aliter præparant, nam aquæ libris triginta duabus, vigeſies infundunt, ſex Roſarum libras, demum additis colato ſacchari libris duodecim percoquunt in ſyrupum. Nos quia inæquali interdum pondere eundem paramus, formulam hanc adijcere voluimus.

Aquæ libras	200. *Integra deſcriptio*
Medietas	100. *Medietas.*
Tertia pars	66. *& vncias octo.*
Quarta pars	50.
Medietas quartæ partis.	25.
1. *Infuſio. Roſar. lib.*	55.
	27. *ſemis.*
	18. *& vncias* 4.
	13. *& vncias* 9.
	6. *& vncias* 10. *ſemis.*
2. *Infuſio Roſar. lib.*	50.
	25.
	16. *& vncias.* 8.
	12. *ſemis.*
	6. *& vncias* 3.
3. *Infuſio.*	45.
	22. *ſemis.*
	15.
	11. *& vncias* 3.
	5. *& vncias* 7. *ſemis.*
4. *Infuſio.*	40.
	20.
	13. *& vncias* 4.
	10.
	5.
5. *Infuſio.*	35.
	17. *ſemis.*
	11. *& vncias* 8.
	8. *& vncias* 9.
	4. *& vncias* 4. *ſemis.*
6. *Infuſio.*	30.
	15.
	10.
	7. *ſemis.*
	3. *& vncias* 9.
7. *Infuſio.*	25.
	12. *ſemis.*
	8. *& vncias* 4.
	6. *& vncias* 3.
	3. *& vnciam* 1. *ſemis.*
8. *Infuſio.*	20.
	10.
	6. *& vncias* 3.
	5.
	2. *ſemis.*
Sacchari libras	50.
	25.
	16. *& vncias* 9.
	12. *ſemis.*
	6. *& vucias* 3.

Syrupus

Syrupus is in uſu creberrimus eſt ad ventriculi incendium, & igneum calorem febrilem ſitimq́ inexpletam ſedandam, Febrib. peſtilentib. præſtantiſs. quod putredini, Venenis, & acris vitio ſubamara & aromatica ſua qualitate reſiſtat, viſcera nimio calore diſſoluta refrigerando roborat, & ad temperiem reducit, febrium inſomniam leuat, & modice aluum ſubducit.

MEL ROSATVM ſolutiuum.

℞. Prædictæ infuſi. multipli. libras ſex.
Mellis lib. tres

Fiat mel roſatum.

SYRVPVS ROSATVS ſolutiuus compoſitus Montani.

℞. Corticum myrobalanorũ omnium, ana vncias quatuor

Contudantur craſſe, & fricentur manibus oleo amygd. dulcium; deinde infundantur in libris duodecim infuſionis roſarum ſupraſcriptæ per horas viginti quatuor, addendo

Foliorum ſenæ
Epithymi
Polypodij ana vncias ſex
Seminum citri
Glycyrrhizæ ana vncias quatuor
Caryophyllorum vnciam vnam
Corticum rad. Hellebori nigri veri. drach. ſex.

Decoquantur omnia ſimul lento igne, ad quartæ partis conſumptionem adde poſtea

Sacchari clarif. lib. quinq;
Rhabarbari electi in nodulo ligati

ligati drach.ſedecim

Fiat ſyrupus ſecundum artem.

Vtebatur eo Montanus medicus Patauinus clariſs. præceptor olim meus in affectibus Melancholicis, Lue Gallica, Pſora, Lepra, Impetigine, Lichenibus, Cancro, Elephantia. & alijs.

ALIVS SINE HELleboro.

℞. Myrobalanorum omniũ ana vncias duas

Contundantur craſſo modo & fricentur oleo amygd. dulcium. infundantur in libris quindecim infuſionis roſarum horis 24. cui adde

Rad. Polypodij vncias duas ſemis.

Sem. Cartami vnciam vnam ſemis

Aniſi

Fœniculi ana drach. ſex.

Fol. & Follic. ſennæ

Epithymi ana vnciam vnam ſemis

Corticum citri vnciam vnam

Caryophyllorum vnciã ſemis

Nucis moſchatæ drach. tres

Fiat rurſus infuſio horis 24. quibus elapſis fortiſsima fiat expreſſio, & adde ad liquoris ſingulas libras duas, Sacchari libram vnam, Fiat ſyrupus.

Iſte ſyrupus ingreditur compoſitionem Syrupi de Rhabarbaro ſolutiui.

SYRVPVS VIOLAtus ſimplex.

Fit ut ſyrupus roſatus ſimplex

Meſuæ Violarum recentium libras ſex, horis octo,

octo, libris quindecim aquæ macerat in vaſe terreo cooperto, quibus colatis & expreſsis violas recentes totidem addit, eodemq; interuallo macerat aqua calida. Expreſsi & colati libras quinque cum ſacchari libris quatuor. lento igne decoquit, dum concreſcant, purgat albuminibus ouorum, ut in ſyrupo Roſato.

In febrium æſtibus, biliofis & acutis morbis, viſcerum inflammationibus, ſiti inexhauſta commendatur. Roſato potentius refrigerat & humectat, vnde & ſomniferus magis. Gutturis aſperitates lenit, thoracis et pectoris totiusq; ventris inferioris affectibus calidis ſuccurrit, & ſiccã tuſsim, partes ſpirituales ſua humoris lentitia oblinens eluit, alũum nonnihil emolliendo bilis acrimoniam retundit. Alter ex violarum ſucco Actuarij Ioſachar exprimit, quo ad thoracis vicia & bilis acrimoniam utimur, ut & compoſito Meſ. Solutiuus vero ſaluberrimus in febribus aſtuantibus & bilioſo incendio extinguendo. Modice purgatorius eſt ad vncias quatuor, & grati admodum odoris & ſaporis.

SYRVPVS DE SVCco Violarum.

℞. Succi depurati Violarũ in mortario marmoreo cõtuſarum
Sacchari clarif. ana lib. duas

SYRVPVS VIOLAtus compoſitus, Meſuæ.

℞. Violarum vncias duas
Sem. Cydoniorum
Maluæ ana vnciam vnã.
Iuiubarum
Sebeſten ana numero viginti.
Aquę cucurbitę lib ſex, aut q. ſ.
Cucurbita porro debet deſtillari dum adhuc eſt tenera & antequam indureſcere incipiat. Norimb. 141.

Coquantur ſimul ad tertias addendo
Sacchari lib. vnam ſemis
Fiat ſyrupus ſecundũ artem.
Prodeſt Pleuritidi & tuſsi à cauſa calida.

SYRVPVS VIOLAtus ſolutiuus.

Fit ut ſyrupus roſatus ſolutiuus, iteratis Violarũ recent. infuſionibus.

℞.Huius infuſionis lib. tres
Sacchari clarif. lib. duas

Coquantur lento igne ad ſyrupi conſiſtentiam.

Alij ſacchari loco mel adijciunt.

SYRVPVS DE Berberis.

℞.Succi Berberorum depurati libras duas
Sacchari lib. vnam ſemis

Fiat ſyrupus ſecundum artem.

Refrigerat & modice aſtringit febribus malignis confert, bilem reprimit, ſitim ſedat. Rob magis eſt in uſu.

OXYSACCHAR SIMplex Nicolai.

℞.Succi Granatorum acid. vncias octo
Aceti vncias quatuor
Sacchari albi libram vnam

Saccharum ſi purum eſt aceto ſoluitur & coquitur ad ſiſtentiam craſſam, cui dũ refrixerit, miſcetur ſuccus granatorũ, quod ſi impurũ fuerit, prius ſolutum clarificatur, deinde aceto & ſucco percoquitur in ſyrupi formam.

Simplex ad eadem confert ad quæ ſyrup. ſuperior. Compoſitum vero febribus impuris & tertianis nothis omnibusq́ affectibus qui ex ſanguinis & bilis feruore, & craſſicie nati ſunt conuenit, iecoris, lienisq́ obſtructionibus ſuccurrit, & concalfacta viſcera iuuat.

Actuarij

Actuarij Oxoſaccharo potius vtendum cenſet Fuchſius quod ſimplicius ſit, idq; deſcribit lib. 2. de compoſ. medicam.

Nicolai nec in latinis nec græcis exemplaribus aut codicibus habetur.

OXYSACCHAR COMpoſitum Nicolai Præpoſiti.

℞. Capillorum Veneris
Scolopendrij *Phillitidis ſeu linguæ ceruinæ.*
Aſpleni ſeu ceterach.
Lichenis ſeu Hepaticæ
Violarum
Polytrichi ſeu Trichomanis Dioſc.
Rad. Fœniculi
Aſparagi
Ruſci
Graminis ana vnciam
Succi granatorum acidorum libras octo ſemis

Omnia in granatorum acidorum ſucco triduo macerẽtur, deinde cum modica ebullitione exprimantur & colẽtur tãdem cũ ſaccharo ſufficienti, ſeu libris quatuor percoquantur ad formam ſyrupi.

SYRVPVS GRAnatorum dulcium Meſuæ.

℞. Succi granarorum dulciũ libras quinq;.
Sacchari albiſs. libras tres

Coquantur ſecundũ artem. Eodẽ modo fit ex acidis quoque granatis.

Dulcium, tuſsim ſedat, excreationes promouet, humectando ſitim ſedat, eam præcipue quæ ex ſiccitate prouenit. Acidorũ, refrigerat & humectat, obſtructa nonnihil liberat eſſentiæ ſuæ tenuitate, ideoq; febrib. климat

SYRVPVS DE GLYcyrrhiza Meſuæ.

℞ Glycyrrhizæ vncias duas
Capillorum Veneris vnciam vnam
Hyſſopi vnciam ſemis

Aquæ libras quatuor, aut quantum ſatis eſt. In aqua primum feruefacta macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur ad dimidias, colaturæ adde

Mellis deſpumati
Penidiorum
Sacchari ana vncias octo
Aquæ roſarum vncias ſex

Fiat ſyrupus ſecundum artem.

Thoracem & pulmonem expurgat, diuturnæ tuſsi & pleuritidi auxiliatur, aperit, dilatat, terget, lenit aſperam arteriam, partes ſpirituales & pulmones, eoſq; ad expectorandam materiam roborat. Incipientibus thoracis affectibus frigidis & pituoſis ſaluber eſt. Calefacit, incidit, tenuat, expurgat, lenit, ſiccat, eaq; omnia moderatiſsime, tuſsi ſiccæ confert.

SYRVPVS DE HYSſopo Meſuæ.

℞. Hyſſopi mediocriter ſicci
Rad. Apij
Fœniculi
Petroſelini.
Glycyrrhizę ana drach. decem
Hordei mundati vnciam ſemis
Tragacanthi
Sem. Maluæ.
Cydoniorũ ana drach. tres
Capillorũ Veneris drach. ſex
Iuiubarum

Sebeſten

Sebeſtē ana numero triginta
Paſſularum enucleatarum
magnarum vnciam vnam ſemis
Caricarum
Dactylorū ping. ana numero decem
Aquæ libras octo aut quantum ſatis.

Coquantur ad librarū quinque conſumptionem, expreſſum in ſyrupum percoq; cum Penidiorum alborum libris duabus.

Vtimur eo in morbis thoracis inualeſcentibus ex frigida craſſa & lenta materia, vbi attenuatione, deterſione, & expurgatione maiore opus eſt, Aſthmaticis & tuſsiculoſis confert, obſtructiones liberat, hypochondriorum dolori utilis, renum calculis ſalutaris.

SYRVPVS DE PRAſio, Meſuæ.

℞. Praſij (ſeu Marrubij) non adeo ſicci. vncias duas
Glycycyrrhicæ vnciam vnam
Capillorum veneris
Hyſſopi parum ſicci ana drach. ſex
Calaminthes
Aniſi
Rad. Apij
Fœniculi ana drach. quinq;.
Ireos
Sem. Maluæ
Fœnugræci ana drach. (tres.
Lini
Cydoniorū ana drach. duas
Paſſularum enucleatarū vncias quinq;. *duas ponunt Norimb.*

Caricas pingues numero ſedecim.

Coquantur in aquæ puræ libris decem ad dimidias, expreſſioni adde

Penidiorum
Mellis deſpumati ana libras duas

Fiat ſyrupus.

Superiore longe efficacior ad longos & diuturnos thoracis affectus, tuſsim anhelam, ſenibus & frigidis naturis familiarem, ex craſſa frigida viſcida & lenta materia. Aſtmaticis cōfert. Suppuratorum pus egregie diſſoluit, diſſecat & incidit, terget, educit, & in apertum promouet. Variam componendi rationem, require apud Fœſiū.

SYRVPVS DE IVIubis Meſuæ.

℞. Iuiubarum numero ſexaginta
Violarum
Sem. Maluæ ana drachmas quinq;.
Capillorum Veneris
Hordei mundati
Glycyrrhizæ ana vnciam vnam
Sem. Papaueris albi
Melonum
Lactucæ
Cydoniorum
Tragacanthi ana drach. tres.
Aquæ fontis libras quatuor aut ſex.
Sacchari lib. duas.

Fiat ſyrupus.

Meſuæ aquæ libras quatuor ponit, ſed præſtiterit ſumere libras ſex, & ad tertias decoquere, vide rationem & varium compoſit. modum apud eundem. Ad tuſsim ſiccam, arteriæ aſperitatem, omnesq́ thoracis & ſpiritualiū partium affectus, fluxionibus calidis tentatos accōmodatus. Sputum tenue ſuo lentore maturat, incraſſat, glutinat & expectorat. Violato viribus affinis, ſed minus re-

nus refrigerat. Ad Veſicæ ulcera Manardo cele-bris, ad quæ lentore dulci frigido & mucoſo, ide-oq́ lenienti opus eſt.

Simplex fit ex Zyzyphis 100. in aquæ cœle-ſtis libris quatuor ad dimidias coctis, cum ſaccha-ri libra vna, vtilis ad tenues in pectus deſtillati-ones, & ſputum liquidius modice incraſſandum.

SYRVPVS DE PA-paucre ſimplex Meſuæ.

℞. Capitum papaueris albi & nigri recentium, & cum ſemi-nibus ana drach. ſexaginta, ſeu vncias ſeptem & ſemis

Aquæ pluuialis lib. octo

Decoquantur ad remanen-tiam libræ vnius & dimidiæ cui adde

Penidiorum

Sacchari ana vncias quatuor

Fiat ſyrupus ut eſt artis.

Vſu creber defluxionibus calidis, tenuibus, & acribus in thoracem, quæ aſperam arteriam & fauces exaſperant, inſomniamq́ faciunt. Tuſſim ex defluxionibus enatam ſedat, & lentore ſuo gutturis aſperitatem lenit, caloris incendium mitigat, ſitim extinguit, ſomnum conciliat, tum proprijs viribus refrigerando nimirum & hume-ctando, tum ex accidente, ſedata tuſſi quæ in-ſomniam parit.

SYRVPVS DE PA-pauere compoſitus Meſuæ.

℞. Capitum cum ſeminibus papaueris albi & nigri ana drach. quinquaginta

Capillorum veneris drach. quindecim

Glycyrrhizę drach. quinq;

Iuiubarum numero triginta

Sem. Lactucæ drach. quadra-ginta

Maluæ

Cydonio-

Cydoniorũ ana drach. ſex.

Coquantur in libris octo aquę vltra meditetatis conſumptionem. Meſuæ habet libras quatuor quæ non ſufficiunt.

℞. Colaturæ libras tres.
Penidiorum
Sacchari ana lib. vnam.
Fiat ſyrupus.

Ad prædicta efficacior, potentius ſomnum cõciliat & refrigerat, Catarrhum, Tuſsim ſiccam. & Phthiſim ſedat prodeſt ad alui profluuium & dyſenteriam, quæ ex materiæ acris & bilioſæ effluxu excitatur. Intemperiem cal. ſiccam inteſtinorum emendat.

Meſuæ in vtroq; aquæ lib. quatuor duntaxat ſumit, ſed præſtiterit duplum ſumere, præſertim cum maceratione ad 24. horas opus fuerit. Tum ſemina mucilaginoſa panno lineo ligari debent, & inter coquendum ſyrupo immergi, ut ei facultatem tradant, & mucagines in linteo retineant, quæ alioqui ſyrupum ingratum & glutinoſiorem redderent.

SYRVPVS DE PORtulaca Meſuæ.

℞ Sem. Portulacæ lib. ſemis
Succi Endiuię cocti & depu. libras duas
Sacchari lib. vnam
Aceti lib. ſemis. (vel ſucci granatorum acidorum vncias nouem)

Tritum ſemen in ſucco Endiuiæ macera viginti quatuor horis, poſtea lẽto igne coque ad dimidias, demum cum ſaccharo percoq; in ſyrupum.

Potenter refrigerat, ſitim inexhauſtam ſedat, febrium ardores, ventriculi & iecoris calidam intemperiem mitigat. Eo efficaciter vtimur ad lumbricos & interaneorum animalia, cortice citri indito.

SYRVPVS E POMIS ſimplex Meſuæ.

℞. Succi

℞. Succi pomorum dulcium
acidorum

Cocti & deſpumati ſucci ad dimidias biduo reſidere permittantur, dum clareſcant, tũ colẽtur & cum ſacchari libris tribus fiat ſyrupus.

Imbecillum cor roborat, ſyncopen & cordis palpitationem ſanat, omnibus cordis affectibus ab atra bile ſuccurrit, ventric. roborat & ſitim ſedat, feb. bilioſis confert, cor, & facultates eius omnes ſopitas excitat, & lætitiam inducit. E dulcibus eligẽda ſunt ſapidiſsima, ex acidis quæ vinoſa dicũtur noſtris vveinling, aut Beyõpffel, quæ integra hoc eſt cum cortice exprimẽda, quod ſaporis vim in eo contineant, cuius ratione cor mirifice roborari creditur.

SYRVPVS E POmis, regis Saporis Meſuæ.

℞. Succi pomorum dulcium
Borraginis
Bugloſſæ ana lib. vnã ſemis
Folliculorum Senæ vncias duas
Croci drachmam vnam

Sena contrita horis viginti quatuor ſuccis maceretur, ſemel aut bis feruefiat, coletur, expreſſum cum ſacchari libris duabus percoquatur in ſyrupum, Crocus panno lineo ligatus inter coquendum infricetur.

Hic Syrupus Sapori Medorum regi à quo captus eſt Valerianus Imp. attribuitur, & Meſuæ adſcribitur. Eo utimur ad omnes affectus Melãcholicos, Maniam, Melancholiam, Cordis robur plurimum auget. Vide Norimb. fol. 155.

SYRVPVS DE Lupulo.

℞. Succi Lupuli depurati lib. quatuor

Fumariæ depurati lib. duas
Sacchari clarif. lib. quinque aut ſex.

Fiat ſyrupus ſecundum artem.

Paratur etiam ex ſolo Lupuli ſucco, ut Meſuæ placet, cap. de volubili, eius porro ſuccus ex viticulis & turionibus nondum enatis folijs exprimendus eſt.

Valet ad Iecoris intemperiem calidam, & bilis efferueſcentis impetum, ſanguinem purgat, eiusq́ ebulitionem ſedat, temperato eius calore. Bilioſis febribus & Synochis confert, & cephalalgiæ calidæ, internisq́ feruoribus.

SYRVPVS MYRTInus compoſitus Meſuæ.

℞. Baccarum Myrti drachmas viginti
Roſarum rubearũ
Santali albi et rubei
Sumach
Balauſtiorum
Berberorum ana drachmas quindecim.
Meſpilorum drach. quinquaginta
Succi pomorũ agreſtium, cydoniorum, vel granatorũ ana lib. ſemis

Omnia exceptis ſuccis coquantur in aquæ fontis libris octo ad medias, coletur & fiat ſyrupus cũ ſacchari libris tribus additis in fine ſuccis.

Hunc ſyrupum noſtris vſitatiſsimum, ſed valde diminutum & mancum, ſic ex probatiſsimis autoribus reſtitui.

Efficax ad affectus pectoris & thoracis, ubi indicationes ſunt contrariæ, & aſtringentibus ſimul

mul & vacuantibus utendum, ut in hæmorrhagia pulmonum, tuſsi calida & tenui. Ventris profluuium ſanat, hæmorrhagiam omnem, ut pectoris, renum, uteri, & abundantia menſtrua cohibet, Diabetem reprimit, & omnem immodicam vacuationem ſiſtit, quia refrigerat, ſiccat & adſtringit. Viſcera ab intemperie calida calefacta, imbecilla & reſoluta confirmat, ventriculi ſubuerſionem & vomitum compeſcit, tuſsi ex deſtillatione acri & calida ſuccurrit, præcipue eam ſedat quæ ventris profluuium ſequitur.

SYRVPVS DE SCOLOPENDRIO.

℞.Scolopendrij veri ſeu Ceterach.
Phillitidis (id eſt linguæ ceruinæ.)
Endiuiæ
Hepaticæ
Abſinthij
Cichorij ana manip. ſemis
Cuſcutæ pugillum ſemis ſeu drach. vnam ut alij
Sem. communium frigidorũ maiorum, ana drach. duas
Florum Borraginis
Bugloſſæ
Capillorum veneris ana manipulum
Rad. Fœniculi
Petroſelini
Ruſci ana manip. ſemis

Cum ſufficiente quantitate aquæ & ſacchari fiat ſyrupus ſecundum artem, qui aromatizetur cum
Spicæ Indicæ
Laccæ
Caſiæ ligneæ
Maceris pro Folio ana drach. duabus
Ligẽtur in panno raro & bulliant in ſyrupo.

Iſte ut & ſequens, quia nimis operoſi & pretioſi ſunt propter Galliam, non ſunt noſtris uſui. Poſſent tamen prodeſſe in affectibus Iecoris & Lienis, eorundem obſtructionibus, & morbis inde enatis. Et iiſdem viribus pollent, quibus Oxoſacchar compoſ. Nicolai, de quo ſupra.

SYRVPVS DE THymo, Meſuæ.

℞. Comarum thymi vncias duas
Calaminthes
Menthæ ſiccæ ana drachmas quinq;
Sem. Apij
Fœniculi
Aniſi
Dauci ana vnciā ſemis
Vuarum paſſarum purgatarū vncias quatuor ſemis
Mellis. lib. duas
Galliæ moſchatæ drach. duas.
Miſce fiat ſyrupus ſecundum artem.

Non eſt vſui. Sequuntur modo Oxymelitum compoſitiones.

OXYMELI SIMPLEX Galeni & Meſuæ.

℞. Mellis deſpumati lib. duas
Aceti vini acerrimi lib. vnam
Aquæ lib. quatuor

Mel cum aqua diligenter deſpumetur, & vbi aqua coquendo fuerit abſumpta addito aceto facta vnica ebulitione remoueatur ab igne & ſeruetur vſui.

Magna huius vis craſſa tenuandi, lenta incidendi, viſcida detergendi, obſtructa aperiendi, idq; ſine manifeſto calore, quo nomine febribus diuturnis & nothis, ex craſſa bile & pituita enatis conuenit, Humidis naturis & frigidis, crudam, craſſam, & pituitoſam ſuccorum copiam coacer-

coaceruantibus aptum. Neruos tamen & vte-rum ledere creditur, tuſſim excitare, ſputum aci-dum potius demergere quam prouocare. Vnde in duobus caſibus cauendum, in materiebus pecto-ris educendis, alioquin interficit. Primum in principio, cruda exiſtente materia, propter aceti acrimoniam, quod tuſſim prouocet, cum tamen ante coctionem materiæ fieri non debeat, deinde ubi virtus debilis, & non ſufficiens ad expellen-dum, ubi fruſtra irritatur homo, virtus decre-ſcit & tandem ſuffocatur, Vide 3. de ratione vi-ctus in morbis acutis, cap. 27. & 28. Componen-di rationem docet Galenus 4. Salubrium. Vide Norimb. fol. 149.

OXYMELI COMPOſitum Meſuæ

℞. Corticum mundatorum et inciſorum radicum.

Apij
Petroſelini
Ruſci
Fœniculi
Aſparagi ana vncias duas
Sem. Apij
Fœniculi
Petroſelini ana vnciam vnam
Aceti lib. vnam ſemis
Aquæ lib. ſex
Mellis lib. tres

Cortices radicum & ſemina horis 24. macerentur in vaſe lapideo in aceto & aqua, tū coquantur ad tertiæ partis cō-ſumptionem, colato additur mel & lēto igne percoquitur.

Efficacius eſt ſuperiore morbis procedentibus & diuturnis, potentius materiæ craſſitudinem apparat, incidit, & tenuat, valetq́ ad affectus ex bile craſſa & pituitæ lentore natos. Melancholi-cis affectibus, Quartanæ & ſplenis duriciei bono eſt, inclinante potiſſimum morbo, quotidianis febribus ſuccurrit, vrinas & ſudores promouet cocta iam materia.

OXYMELI SCYLliticum, Meſuæ.

 ℞ Mel-

℞. Mellis deſpumati lib. tres
Aceti ſcyllitici lib. duas
Coquantur ad perfectam conſiſtentiam.

Ad Cerebri, pulmonis, ventriculi affectus pituitoſos, aut Melancholicos etiam contumaces. Eo utimur in Epilepticorũ inſultibus ipſoq́ paroxyſmo. Aſthmaticis quoq; plurimum confert.

Compoſitum fit ut Oxymel compoſitum ex radicibus.

OXYMELI DIVRETIcum D. Ambroſij Iung ſenioris.

℞. Mellis deſpumati vncias quindecim
Aceti albi acerrimi
Aquæ fontis ana lib. duas
Rad. Raphani recentium vnciam vnam
Fœniculi drach. decem
Apij
Petroſelini
Geneſtæ
Aſari
Leuiſtici ana drach. tres
Sem. Fœniculi
Petroſelini
Aſparagi
Ruſci ana drach. duas
Coriandrorum præp.
Cumini ana drach ſemis
Coquantur ſecundum artem.

Noſtris non eſt uſui, vtinam tamen, impeditam, & calculos renum promouet. Olim D. Ambroſio familiaris.

OXYMELI HELLEBOratum maius Iuliani.

℞. Foliorum Rutæ
Thymi
Dictamni Cretici
Hyſſopi

Hyſſopi
Pulegij
Praſſij albi
Cardi benedicti
Spicæ Celticæ
Corticum ſambuci interiorũ
ana manip. vnum
Calamenthi montani pugillos duos
Sem. Aniſi
Fœniculi
Ocimi
Vrticæ Romanæ
Anethi ana drach. duas
Rad. Angelicæ
Altheæ
Ari
Scyllæ præp.
Turbith
Ariſtolochiæ rotundæ
Longæ
Iridis vulgaris
Coſti ſeu Enulæ ſeu Zedoariæ.
Polypodij ana vnciam vnam
Ellebori albi
Nigri pręp. ana drach. tres
Eſulæ præparatæ drach. duas.

Infundantur triduo libris ſeptẽ aceti acerrimi, & ſapæ vncijs duabus, vaſe vitreato bene obturato, ad ſolem vel ad fornacem, deinde eodem vaſe vel lapideo decoquantur ad medias, ſub finẽ decoctionis ad conſumptionem aceti adde
Agarici electi drach. duas

Cola

Cola & cum Mellis Roſati, cui corticces citri fuerint infuſi & Sacchari ana lib. vna.

Fiat ſyrupus, qui ſub finem aromatiſetur cum Caryoph. Croci, Zingiberis, Galangæ, Macis, ana drach. vna. puluerifatis & mixtis.

Illud med. tantopere à Geſnero olim celebratum quandoq; in vſu fuit, verum nunc eius uſus penitus exoleuit. Mirifice abſtergit, incidit, aperit, humores omnes, omniaq́ excrementa è corpore protrudit, omnes meatus intus foriſq́; reſerat. A centro ad ſuperficiem propellit manifeſte, ita ut cutim rubificet, ſicut longiore in balneis mora fieri conſueuit, ex anthemata aut puſtulas aliquibus, alioſúe tumores excitat, qui alioqui circa interiora forte colligerentur, quamobrem in præſeruatione à peſte vſum eius perutilem futurum non dubitauerim. Vlcera habentes vim eius ſtatim in ipſis vlceribus penetrantem & aperientem ſentiunt. Præcipua eius uis in Epilepſia, Aſthmate, & omnibus ferè morbis, à materia frigida, craſſa, tenace, à phlegmate aut Melancholia dependentibus, in capite, ventriculo, thorace, iecore, renibus, liene, vtero, & articulis. Incidendi aperiendiq́ cauſa dare ſoleo ante purgationes, ita vt duæ treſúe drachmæ per ſe mane, per tres ferè dies lambantur, vel cum exigua ſapa ad amaritudinem eius fallendam, & aqua Hyſſopi aliaúe bibatur, vel cum aliquo decocto. Si vomitum ciere libeat, vt vbi veneni ſuſpicio eſt, dari poteſt vncia, cum dimidia Oxymelitis Scillini, & aqua tepida fontana, aut deſtillato aliquo, vel decocto Agarici, cum corticibus aut ſem. raphani, ſem. anethi, radicibus Aſari, Malua, ficubus. Mouetur autem vomitus tertia ferè hora poſtquam ſumptum eſt, alijs prius, nonnullis tardius, quibuſdam & aluus ſimul mouetur. Sic & Arthriticis, & Iſchiadicis prodeſt, Menſes manifeſte promouet, expellit etiam albos, ſi diebus aliquot ſumatur, & poſtea dentur pilulæ conuenientes, vt de Hiera cum Agarico, & radicibus Aſari. Vrinam & calculos prouocat, præſertim cum ſyrupo conueniente datus, ut de floribus perſicorum, Sanguinem concretum vbiuis diſſipat, etiam in thorace, inſtante ſuffocationis periculo. Epilepſiam non confirmatam curat, lumbricos pellit, ſitim aufert, tum alijs pleriſq;, tum hydropicis ſpirationem facilitat, Aſthma, & Orthopneam curat, aut mitigat plerumq; illico potum, vel ſi lambatur per ſe, vel cum Oxymelite Scillitico, aut Loch ſano alioúe. Sanguinem pellit, quibus abundat per quoſuis meatus, ut nares, vel hæmorrhoidas, vel vterum, & hac ratione natura quod redundat euacuante, à venæ ſect. abſtinere poſſumus, in debilioribus præſertim,

tim, vt puerperis, cum pleuritide aut alio morbo venæ ſectionem requirente laborant. Pleuritici id lambant cum bacillo glycyrrhizæ, admiſto Loch ſano, vel ſyrup. Glycyrrhizæ, aut Hyſſopino, & Zulapium bibant ex aqua ſaccharata, cum ſyr. Glycyr. Frigidioribus & hyeme datur utiliter cum aqua ardente & ficu modice toſta inciſaq́, id totum accēdi debet, & mox extingui ac ſumi. vel cum vino aromatico, vel aqua de radicibus gentianæ deſtillata, vel alia. Cum decocto conueniente datur Cachecticis, Ictericis, & febribus plerisq́ potiſs. Quartanis. Datur à drach. duabus ad quinq; vel ſex. Loco aceti vinum generoſum accipi poteſt, propter illos quos aceti ſapor, odor, aut vſus offendit. Suauius item erit ſi autumno paretur cum muſto. Hæc omnia nos experiundo obſeruauimus, plura autem Medici induſtrij ipſo uſu. Vtor & frequentiſs. & magno cum ſucceſſu, poſſemq́ hiſtorias multas recitare ſed nec vacat nec opus eſt. Hæc Conrad. Geſn.

MEL ROSATVM Nicolai.

℞. Succi roſarum recentium lib. vnam
Mellis deſpumati lib. decem

Coquantur & vbi feruere cœperint adde
Roſarum viridium forficibus inciſarum lib. quatuor

Coquantur ad ſucci conſumptionem, continue mouendo, poſtea in vas aliquod fictile transfunde.

Mel cum tribus aquę libris mediocriter deſpumetur, deinde vbi ferbuerit ſupra ignem aut extra miſce roſas & ſuccum. Inſola dies quadraginta, tum percoque ad ſucci conſumptionem, cola & percoque inſtar ſyrupi

Ad eundem modum fit mel Violatum.

Nec Nicolai nec Meſues vſi eſt noſtris, ſed id quod poſui in ſyrup. Roſato ſimpl. Ventriculum roborat, deterget, viſcidosq́ ſuccos expurgat, & coctionem temperato calore iuuat, oris phlegmonem, gingiuarum, & tonſillarum ſedat.

MEL ROSATVM Meſuæ.

℞. Roſarũ rubearum nondũ penitus apertarum lib. duas
Mellis optimi lib. ſex.
Coquantur lento igne ſecundum artem.

Efficatius vide apud Norimb. 149.

MEL ANACARDINUM Azarauij.

℞. Anacardios recentes, tere et in aqua decoq́;, donec melliginem quandam in rubeo colore fuſcam remittant, eam aquæ innatantem auferto & reponito.

Fuchſius paulo aliter deſcribit. Anacardia enim ſeorſim trita in aceto iuſtæ quantitatis diebus ſeptem perfundit, octauo die lento igne ad medietatem decoquit, & per linteolum colat. Fecem remanentem ſiccat. In ſucco autem mel iuſtæ quantitatis ad ſpiſsitudinem decoquit. Memoriæ iacturam reſarcit, labantes ſenſus refricat, obliuionem diſcutit, & mentem exacuit, morbis cerebri frigidis & humidis confert, neruorumq́; reſolutioni opitulatur.

MEL EMBLICORUM.

Mel Emblicorum, eſt mel in quo myrobalani emblici ſunt conditi, alij vero vocant Emblicorum decoctũ ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatum.

Non eſt in vſu, ut nec mel paſſularum, nã pro eo utimur Loch paſſularum, de quo paulo poſt.

MEL PASSVLARUM.

℞. Vuarum paſſarum lib. quatuor
Aquæ lib. duodecim
Macerentur horis 24. deinde co-

decoquantur ad remanentiã tertiæ partis. Colentur & colatura decoquatur ad mellis conſiſtentiam & reponatur. Hoc decoctum vocatur mel paſſularum.

IVLEB ROSARVM.

℞. Aquæ roſaceæ lib. tres
Sacchari albiſſimi lib. duas
Fiat cum diligentia.

IVLEB VIOLARVM.

℞. Aquæ violarum ex floribus libras tres
Sacchari clarificati lib. duas
Coque ut Iuleb roſatum.

IVLEB EX VINO Arnoldi de villa noua.

℞. Vini lib. tres
Sacchari lib. duas.
Fiat Iuleb.

SAPÆ ET ROB.

DIAMORON SIMplex Galeni.

℞. Succi mororum domeſticorum. lib. quinque
Mellis lib. vnam.

Clarificetur primũ ſuccus, deinde cum melle coquatur ad iuſtam conſiſtentiam.

Phlegmonarum principijs ſalubre, cuius vires augentur additis repellentibus, & adſtringentibus, qualia ſunt alumen, omphacium, Rhus, Roſæ Balauſtia, Malicoriũ, Cytinus, Gallæ immaturæ, hypociſtidos aut lentiſci ſuccus. Conſiſtente morbo concoquentia & digerentia conueniunt, tũ Diamoron cõpoſ. cõfert. illud .n. priuatim cõcoctoriã inflãmationũ vim habet. Vſitato porro Nicolai ad fauciũ ardores, ſerpẽtia oris ulcera gulæ

columellæ & tonſillarum inflammationes, anginæq́ principia utimur.

Sapa vinum muſtum eſt, ad tertias coctum. Ex rubi Idæi fructu ego etiam ſyrupum parare ſoleo colore pulcherrimum, ſuauiſsimum guſtu, odoreq́ gratiſsimum, quem vel Sapphiris vel Smaragdis ad cor roborandum anteferre nō dubitauerim. Conradus Geſnerus in epiſt. quadam ad me.

DIAMORON COMpoſitum, Galeni.

Præter ſupra dicta adde.

℞. Myrrhæ
Croci ana drach. vnam ſemis
Omphacij ſeu agreſtæ
vnciam vnam

Coquatur omphacium cū ſucco & melle, myrrha vero & crocus ſub finem adijciantur, cum ſcilicet ab igne remotum fuerit medicamentum.

DIAMORON VSItatum Nicolai.

℞. Succi mororum batinorū (id eſt rubi) lib. vnam
Mororū celſi lib. ſemis
Mellis lib. vnam
Sapæ vncias tres

Succos mororum cum melle & ſapa in vaſe lapideo ſuauiter decoque, coctum percola & ſerua.

DIACARYON SEV Rob nucum Galeni & Meſuæ.

℞. Succi corticum viridiū iuglandium, diebus caniculari-bus extracti lib. quatuor.
Mellis lib. duas

Coquantur ut eſt artis.

Stomaticum eſt medicamentum, admodum efficax ad oris phlegmonas & ſynanchas, deſtillationes tenues in fauces, & præfocantes. Pueris, mulieribus, & naturis humidis magnopere commodatum. Meſuæ ex Gal. lib. 6. κατὰ τόπους cap. 2. Phlegmonarum initijs adſtringentium aliquid vult miſcendum, ut roſas, balauſtia. In ſtatu, crocum & myrrham, in declinatione nitrũ, ſalem ammoniacum, & ſimilia.

ROB DE RIBES ſimplex.

℞. Succi Ribes libras tres, aut quantum voles

Coquantur per ſe ad ſpiſſitudinem mellis.

ROB DE RIBES compoſitum.

℞. Succi Ribes lib. duas.
Sacchari optimi lib. vnam

Coquatur ut eſt artis.

ROB DE BERberis.

Paratur eodem modo cum & ſine ſaccharo, ut Rob ribes.

Non intelligimus hoc loco Ribes è Syriæ montanis allatum, ſed noſtrum. Ad refrigerandum, adſtringendum, & ventriculum cæteraq́ viſcera feruoris intemperie diſſoluta recreanda, & confirmanda proficuum. Sitim reſtinguit, partim eam quæ ex cordis omniumq́ partium intemperie ſicca calida orta eſt. Calorem febrilem mitigat, ventriculum firmat, vomitum binoſum reprimit, biliofas alui excretiones ſiſtit Choleræ medetur, hæmorrhagiam curat, cardiacis ſuccurrit, peſtilente cœlo efficax, vndiq; nata exanthemata ſanat, & ebrietati reſiſtit.

ROB DE CORNIS.

℞. Succi pulpæ cornorum libras duas
Sacchari lib. vnam.

Coquantur ſecundum artem.

Aſtringit, vnde in fluxibus ventris, dyſenteria, lienteria, & cœliaca confert, eiuſdem prope-

modum facultates eſt rob de Agreſta, cui illud etiam accedit, quod contagioſis morbis confert, & fluxibus colliquantibus, ac malignis.

ROB DE AGRESTA.

Paratur eodem modo, & ſic ex alijs fructibus

SAPONEA.

℞. Amygd. dulcium mundatarum drach. ſedecim
Amyli puriſſimi & noui drach. quatuor
Sacchari albi clari lib. vnam

Ex hoc Saccharo nouem vnciæ ſumantur cum contuſis amygdalis, quæ ſimul mixta per denſum ſetaceum percolentur, & ad ignem ſuſpendãtur, cumq; ſpiſſari amylum ceperit, tum reliquæ tres Sacchari vnciæ ad prædictam cõpoſitionem addantur, & ad perfectam cocturam redigãtur, ad quam cum pervenerit, in bolos, quos morſellos vocant fingatur. Minori porro coctura linctus formam induit.

Prodeſt ad pectoris vicia, tenues deſtillationes à capite ad ſubiectas partes emanantes incraſſat, tuſſim ſedat, pectus mundat ac roborat.

LOHOCH SIVE ECLEGMATA.

LOHOCH SANVM ET expertum Meſuæ.

℞ Cinamomi
Hyſſopi
Glycyrrhizæ ana drach. 4.
Iuiu-

Iuiubarum
Sebeſtē ana numero triginta
Paſſularum enucleatarum
Ficuum ſiccarum
Dactylorum pinguium ana vncias duas
Capillorum veneris manip. vnum.
Fœnugræci drach. quinq;
Sem. Lini
Aniſi
Fœniculi
Ireos
Calaminthes ana drach. quatuor

Coquantur omnia in libris quatuor aquæ puriſſimæ, ad medietatis conſumptionem, colaturę expreſſæ adde
Penidiorum lib. duas

Coquantur ad perfectionē, poſtea inſperge ſubſequentia minutiſs. inciſa, & contuſa.
Pinearum mundatarum drach. quinq;
Amygdal. dulciū
Glycyrrhicæ
Tragacanthę
Gummi arabici
Amyli ana drach. tres
Ireos drach. duas

Miſceantur ſubiganturq; omnia celerrime donec albeſcat medicamentum.

Veteres hæc medicamenta compoſitiones arteriacas vocarunt, recentiores eclegmata ſeu linctus, Arabes, Loch et Lohoch, à lingendo ſeu lambendo, ut Græcis ἐκλικτὰ, Coctura quam electuario ſolido vel liquido parcior, ut conſiſtentia ipſa dilutior ſit. Incraſſata enim pulmonū excrementa potius morantur quam promouent. Vſitatiſs. ſunt officinis noſtris quæ ſequuntur.

Sanum

Sanum tuſsi, vocis aſperitati, & raucedini à frigiditate natæ auxilio eſt. Craſſos in thorace & pulmone humores extenuat, & incidit. Morbis calidioribus, ut & tuſsi calidæ ſuſpectum.

LOHOCH E PI-no Meſuæ.

℞. Nucleorum pineorũ drach triginta (quidam viginti)
Amygdalarum dulcium
Auellanarum aſſatarum
Tragacanthæ
Gummi arabici
Glycyrrhizæ & ſucci eiuſdem
Amyli
Capillorum veneris
Ireos ana drach. quatuor
Dactylorum drach. triginta quinq;
Amygdalarum amararum drach. tres
Mellis paſſularum
Sacchari albi
Butyri recentis ana vncias 4.
Mellis optimi quantum ſatis eſt, aut lib. tres, vncias duas.

Terenda terantur & incidenda minutiſs. incidantur & melle excipiantur.

Diuturnæ tuſsi, difficultati ſpirandi, & Aſthmati ſuccurrit humores in thorace craſſos incidit, & attenuat. Senibus maxime familiare, Peripneumoniam & Pleuritidem iuuat, inclinante iam febre. Vide modum parandi apud Norimb. fol. 179. Præſertim de butyro addendo.

LOHOCH E SVC-co Scillę Galeni.

℞. Succi ſcillæ diebus canicularibus excepti. lib. vnam
Mellis lib. vnam ſemis
Coque ad formã Lohoch.

Gal. deſcriptio à Meſue non differt, niſi quod Meſues ſucci Scillæ & Mellis ana partes æquales po-

les ponit. Incidit, tenuat, & expulſioni apparat materiam craſſam, quæ thoracis cauo continetur. Veterem tuſsim cum ſuſpirio ſanat. Suppuratis, Aſthmaticis, difficulter ſpirantibus in magna puris & lentæ pituitæ copia, ſpiritus vias opprimente ſuccurrit, prompteq́, huiuſmodi obſtructa liberat, Senibus perpetuo huiuſmodi morbis conflictatis valde neceſſarium.

Compoſitum ad omnia ea efficacius. Scyllæ ſuccus à nonnullis ita colligitur, Scyllas crudas tres aut quatuor in partes eburneo cultello ſecant, dein in pila lapidea vel marmorea terunt, cum piſtillo ligni Guaiaci, dein ſuccum linteo raro eas immittentes exprimunt. In Compoſito Fuchſius Scyllæ drachmas tres tantum ponit.

LOHOCH E SCYLLA compoſitum Meſuę.

℞. Scyllę pręp. drach. quatuor.
Marrubij
Hyſſopi ana drach. vnam
Iridis drach. duas
Myrrhæ
Croci ana drach. ſemis
Mellis quod ſufficit.
Fiat Lohoch.

LOHOCH E PVLMONE Vulpis Meſuæ.

℞. Pulmonis vulpis ſiccati & præparati.
Succi Glycyrrhizæ
Capillorum Veneris
Sem. Aniſi
Fœniculi ana vnciam vnam
Sacchari clarif. vncias quindecim

Trita omnia tenuiſſime ſaccharo excipiantur, alij cum melle conficiunt.

Sumptum ex Meſue, cap. de Phthiſi: vbi omnium partes æquales ponit, alij ſingulorum vnciam ponunt: priora exemplaria mediam tantum habebant. Quidam huius loco puluere pulmonis vulpis cum ſaccharo roſato contenti ſunt. Valet ad conſumptos, tabidos, & vlcera pulmonis.

Pulmo recens ex vulpe iuuene venatu capta, ſanguine, venis, & arterijs purgatur, vino albo, odorato, tepido ſepe abluitur, clibano ſiccatur, exiccatus puluere abſinthij reponitur.

LOHOCH E PAPAuere Meſuæ.

℞. Papaueris albi drach. viginti quinq;
Amygdal. dulcium mundatarum.
Nucleorum pineorum
Gummi Arabici
Succi Glycyrrhizæ ana drach. decem
Amyli drachmas tres.
Sem. portulacæ
Lactucæ
Cydoniorũ ana drach. quatuor
Croci drach. vnam
Penidior. alb. vncias quatuor.
Syr. de Papauere vncias tres

Omnia conciſa & contuſa ſyrupo de papauere excipiantur, cuius hæc eſto formula.

℞. Capitum papaueris albi & nigri recentium ana vncias ſex.
Sem. Lactucæ
Florum violarum ana vnciã vnam ſemis

Coquantur dum intabuerint capita in
Aquæ cucurbitæ libris octo

Expreſſum & colatum cum ſacchari libris quatuor, aut ſacchari & penidiorum ana libris duabus, percoque ad ſyrupi craſſitudinem.

Efficax eſt in deſtillationibus tenuibus, quæ acrem, ſalſam, tenuem, & liquatam materiam in thoracem

thoracem demittunt,fauces aſperant,inſomniam & febrem pariunt.Confert etiam febribus ardentibus,dolenti thoraci,& pleuritidi.

LOHOCH E Pſyllio.

℞. Mucilaginis pſyllij vncias duas
Sacchari clarif. lib. vnam

Coquatur ſaccharum ſufficienter donec candidum fiat, deinde admiſceatur mucilago, & tam diu agitetur,donec probe vnita ſint & albeſcant.

Fit in hunc modũ Lohoch de ſem. Lini & Fœnugreci, & alia eiuſmodi eclegmata,quæ mucilagines recipiunt.

Vt & ſequentia tria raro ſunt in uſu, poſſunt tamen ita re cogente parari.

LOHOCH DE FARFAra ſeu Tuſsilagine.

℞. Radicum Tuſſilaginis lib. vnam

Coquantur in aqua donec diſſolutæ fuerint,contundantur & colentur addendo.

Mellis lib.duas

Coquantur ad iuſtam conſiſtentiam.

Eodem modo fit Lohoch ex Althea,& alia quibus interdum aromata adijciuntur, atque imprimis Crocus pectori conueniens.

LOHOCH E CAVlibus Gordonij.

Succi Caulium rubeorum lib. vnam
Croci drach. duas

Sacchari
Mellis ana lib.ſemis
Miſce ut decet & fiat
Lohoch.

In morbis pectoris vtile plurimumq; valet in omni raucedine & ablatione vocis.

LOHOCH E PRAſio Pauli.

℞. Comarum Marrubij
Iridis
Hyſſopi
Pulegij
Glycyrrhizæ
Sem. Apij ana drach. quatuor
Ficuum paſſarum pinguium.
Pinearum mundatarum ana drach. ſex.

Macerata in aqua ſufficiente per noctem decoquantur, & percolatis addatur mellis pars media, coquãtur ad perfectionem.

LOHOCH PASſularum.

℞. Radicum pæoniæ drach. quatuor
Hyſſopi
Meliſſæ
Scolopendrij ſeu ceterach. ana manipulum ſemis.
Glycyrrhizæ vnciam ſemis.

Fiat omnium decoctio in ſ.q. aquæ pluuiæ, facta colatura cum forti expreſſione adde.
Paſſularum minorum in mortario bene contuſarum, prius bene mundatarum à gigartis & arillis lib. vnam.

Deco-

Decoquantur & per pannum lineũ fortiter exprimantur expreſſioni adde

Sacchari lib.vnam.

Fiat Lohoch ut eſt artis.

In frequenti vſu eſt noſtris ad tuſſim & pectoris vitia, maximè in puerulis, iiſdemq́, Epilepticis, propter Peoniæ radices ingredientes.

LOHOGH E PORtulaca.

℞. Succi portulacæ lib. duas

Troch.de terra Lemnia drach. duas

de Charabe

Gummi arabici

Sanguinis Draconis ana drach.vnam

Lapidis hæmatitis

Pilorum leporis vſtorum ana ſcrup. duos

Sacchari albi libram vnam

Fiat lohoch ut eſt artis.

Commendatur in ſputo Sanguinis, & aliis eiuſdem uel ſupra uel infra eductionibus. Aliud ad eoſdem affectus.

LOHOCH EX TRAgacantho.

℞. *Gummi Arabici.*

Tragacanthi ana drachmam vnam

Infundantur in aqua Roſacea, donec mucilago fiat, adde

Terræ Lemniæ

Boli armenij.

Lapidis hæmatitis ana drachmam vnam.

Conſeruæ Roſarum antiquæ.

Syrupi è Roſis ſiccis ana quantum ſatis eſt.

Fiat Lohoch.

LOHOCH AD ASTHma, Conrad. Geſneri.

℞. *Fœnugræci vnciam vnam.*

Aniſi vnciam ſemis.

Sacchari vncias duas.
Aquæ libras duas.
Decoque ſecundum artem.

DIACODION SIMplex Galeni.

℞. Capita papaueris albi mediocri magnitudine, nec nimium viridia, nec nimiũ matura numero viginti.
Aquæ pluuiæ aut fontanæ. libras tres
Macera horis viginti quatuor poſt coque donec capita contabuerint, cola & adde
Mellis lib. duas
Coque ad iuſtam conſiſtentiam.
Fit cum ſaccharo eodem modo, item cũ ſapa hac ratione.
℞. Decoctionis prædictæ libras duas
Sapæ vini dulcis tantundem
Succi Glycyrrhizæ vncias duas.
Coquantur ad iuſtam conſiſtentiam.

Vſus eius eſt in deſtillationibus tenuibus è capite in aſperam arteriam, ex perpetua tußi inſomniam pariẽtibus. Quod ſi magna humoris copia ex capite circa pulmones conſtiterit, confectio ex melle melior eſt, quemadmodum ſomno opus habentibus, ea quæ ex ſapa conſtat.

DIACODION IOANnis Baptiſtæ Montani.

℞. Capitũ papaueris albi cum ſeminibus numero viginti.
Siliquarum dulciũ vncias tres
Radicum altheæ
Glycyrrhizæ raſæ ana vncias duas

Aquæ fontis lib duodecim

Eximantur è ſiliquis grana, poſtea decoquantur ad rema- nentiam librarũ trium, dein- de exprimantur & colentur poſtea adde

Sacchari cãdi roſati lib.ſemis
Penidiorum lib.vnam

Decoquantur ad mellis conſiſtentiam.

Pro Althee rad. quidam Myrti grana ſub- ſtituunt, paratur & ſine radicibus Altheæ.

Eo utimur in tenuibus & acribus rheuma- tiſmis, pulmones & aſperam arteriam fluxione tentantibus, & continenti tuſsi, peruigilium ex- citantibus. Nobiliſs. inter arteriacas compoſiti- ones medicamentum, & ex linctuum genere ma- gnopere à Montano celebratur.

TROCHISCI.

TROCHISCI AL- handal Meſuæ.

℞. Pulpæ colocynthidos albæ & leuis à ſeminibus purgatæ vncias decem

Incidantur minutiſſime, & fricentur per ſpacium trium dierum, ex intermiſſione ta- men, cum parte aliqua vnciæ vnius olei Roſati, deinde

℞. Tragacanthi
Gummi arabici
Bdelij ana drach.duas. *Norimb.6.*

Macerentur in aqua roſa- cea, donec liqueſcant & diſ- ſoluantur, & cum parte iſtius muccaginis formentur tro- chiſci, qui in vmbra ſiccen- tur, ſiccati iterum minu- tiſſime

tiſſime conterātur, & cum reliqua mucagine rurſus formentur trochiſci, qui inijci poſſunt in omnes compoſitiones, quæ colocynthidem recipiunt.

Colocynthis eſt præparata, cuius vſus in acuendis catapocijs. Pituitam & humores alios craſſos, glutinoſos, ex profundis partibus, longeq́; diſtantibus ut Cerebro, neruis, muſculis, iuncturis, pulmone, thorace extrahit, quo nomine in Cephalalgia, Hemicrania, capitis dolore inueterato, Apoplexia, Epilepſia, vertigine, Aſthmate, tußi diuturna, dyſpnoea, thoracis anguſtia, Iſchiade, morbis articularijs frigidis, alijsq́; affectibus huiuſmodi vſurpauimus. Præcipuus horum vſus eſt in dolore Colico & flatulento, vitream & viſcidam pituitam ex inteſtinis deturbat. Colocynthidis pulpa forficibus inciſa tenuißime multūq́; teri debet, ne aſperæ eius partes interaneis adhærentes ea exulcerent. Huius drachmas decem repoſui ex Fuchſio & Fœſio, priore editione, interea cum viris doctis pharmacopæis & Medicis contuli, qui vncias decēm reponendas omnes cēſebant, & reliquorum ingredientium ana drachmas duas, quare ſententiam priorem mutare coactus vncias repoſui, ſicuti erant in prima quoq; huius libri editione ante tres & triginta annos excuſa. Præſertim cum in omnibus compoſitionibus quæ Colocynthidem recipiunt illi Trochiſci pro Colocynthide ſubſtituantur, quos ad hunc modum præparamus & rectißime ſe habere in medicanentorum compoſitionibus hactenus obſeruauimus. Vide annotationes Norimbergenſium, fol. 197.

TROCHISCI DE Agarico Meſuæ.

℞. Agarici electi vncias tres
Salis gemmæ vnciam vnam
Syrupi acetoſi ſimplicis quātum ſufficit formentur Trochiſci, qui reponantur loco calido & ſicco.

Aliam compoſitionem habent alia quædam exemplaria, recipiunt enim Agarici vncias tres, Salis gemmæ vnciam ſemis, Zingiberis drachmas tres, Oxymellis S. quantum ſufficit, & hæc forte melior eſt, non enim ſine maxima ratione antiqui cum volebant corrigere Agaricum, adponebant ſalem gemmeum, præcipue propter tria. Primo quia ponderat, facit ut Agaricus reſidat in ventriculi fundum, alias ſua leuitate hæreret in ore ipſius, prouocaret vomitum & os ventri-

culi

culi lederet. Deinde ut mordicet, irritet, quia tardæ operationis eſt Agaricus. Tum quoq; quia abſtergit, adiuuat purgationem, vnde veteres omnibus medicam. purgatorijs adponebant ſalem, ſic in Agarici quoq; præparatione. Deinde Oxymeli etiam adijciebant, in eo enim vis eſt mundificandi & abſtergendi, ne Agaricus inteſtinis adhæreat, quod vitium ipſi eſt peculiare. Auicenna monet Colicis Agaricum non eſſe exhibendum, leuitate enim ſua inteſtinis adhæret, & facit nouos dolores. Zingiber adhibebant ut traheret è longinquo, caliditas enim in medicamentis attractionem iuuat, præparat vias, attenuat humores, confortat ſua aromaticitate & calore. Hæc erat corrigendi Agarici methodus, quia euacuat, trahit, & quia leuis & ſupernatat, tendit ad os ventriculi, & eò etiam deducit humores pituitoſos, vnde per accidens vomitum inducit, & ventriculo nocet, cum tamen per ſe ventriculo proſit, eundemq́; roboret etiam Dioſc. teſte ratione amaritudinis. Cor quoq; confortare putatur Auic. in lib. de viribus cordis. Inter omnia quoque medicam. quæ trahunt leuiſs. eſt Agaricus, ita ut detur etiam puerulis.

AGARICVS TROCHIſcatus Meſuæ.

℞. Agarici electi vncias quatuor
Vini infuſionis Zingiberis quantum ſufficit.
Formentur trochiſci.

Agaricus optimus tritus cum vino albo aut Cretico, cui Zingiber maceratum & infuſum ſit, cogitur in trochiſcos efficaces multum ad purgãdos craſſos, et viſcidos humores, pituitamq́; ipſam bile permixtam, minore ventriculi noxa, quam ſi ſolus propinetur, is enim cum leuitate ſua & tranſitus tarditate ventriculum turbet, non temere acria & penetrantia admittit, ad virium & tranſitus per viſcera obſtructa celeritatem, ut proxime copioſe eſt demonſtratum.

TROCHISCI DE ABſinthio Meſuę.

℞. Roſarum
Abſinthij Pontici
Aniſi — ana drach duas
Rhabarbari
Succi eupatorij (.i. agerati)
Aſari

f Semi-

Seminis apij
Amygdalarum amararum
Spicæ Indicæ
Maſtiches
Folij ſeu ſpicæ Romanæ
ana drach.

Succi Endiuiæ quantũ ſuffi-
cit, fiant trochiſci.

*Longis & diuturnis febribus ſunt ſaluberri-
mi. Obſtructiones ventriculi, hepatis, & dolores
eorundem leuant, parteſq; naturales omnes ro-
borant, deiectamq; appetentiam ſuſcitant.*

TROCHISCI DE RHA-
barbaro Meſuæ.

℞. Rhabarbari optimi drach.
decem
Succi Eupatorij
Amygdal. amararum ana
drach. quatuor
Roſarum drach. tres
Spice Indicæ
Aniſi
Rubeæ radicũ
Abſinthij
Aſari radicum
Sem apij ana drach. vnam

Aquæ Cuſcutæ quantum
ſufficit, fiant Trochiſci.

*Horum vſus in febrium declinatione, impen-
dente malo corporis habitu, ex intemperie hepa-
tis frigida, plurimum proſunt Ictericis, hydropi-
cis, hepaticis, & Cachecticis, ex deprauata hepa-
tis actione. Obſtructiones, tumores præter nat.
dolores, & affectus iecoris inueteratos tollunt, a-
quei, acris, & ſeroſi humoris deiectione.*

TROCHISCI EX EV-
patorio, Meſuæ.

℞. Mannæ Tereniabin
Succi Eupatorij ana vnciam
vnam
Roſarum vnciam ſemis
Spodij

Spodij ex ebore drach. tres ſemis

Spicæ Indicæ drach. tres

Rhabarbari

Aſari radicum

Seminis Aniſi ana drach. duas ſemis

Cum aqua Cuſcutæ, fiant trochiſci, qui in vmbra ſiccati reponantur.

Efficaces ſunt ad omnem lienis & hepatis obſtructionem, tumoremq́; præter naturam, febres antiquas, earumq́ rigorem ſanant, morbo regio & hydropi incipienti ſuccurrũt, ſtomachicos iuuant, & corporis flatus diſcutiunt.

TROCHISCI DE Aniſo Meſuę.

℞. Aniſi

Succi Eupatorij ana drach. duas

Sem. Anethi

Spicæ Indicæ

Maſtiches

Folij

Foliorum Abſinthij

Aſari

Apij

Amyg. amarorũ. ana drach. ſemis

Aloes drach. duas

Succi Abſinthij quantum ſufficit, fiant Trochiſci.

Eiuſdem ut præcedentes facultatis. Obſtructiones hepatis, & alios eius morbos, & inde natas febres ſanant.

TROCHISCI E XYLOaloes Meſuæ.

℞. Ligni aloes

Roſarum rub. ana drach. duas

Maſtiches

Cinamomi

Caryophyllorum

Galliæ moſchatæ
Spicæ Indicæ
Macis
Nucis moſchatæ
Cubebarum
Cardamomi vtriuſque
Paſtinacæ
Corticum Citri ana drach. vnam ſemis
Moſchi
Ambræ ana ſcrup. ſemis
Cum melle vuato fiant Trochiſci.

Ventriculum, Cor, & Hepar imbecilla roborant, ob id valent ad oris fœtorem, pulſum cordis, & ſyncopem, hydropem, & in peſtilenti conſtitutione proſunt.

TROCHISCI E MYRrha, Rhaſis.

℞. Myrrhæ drach. tres
Farinæ Lupinorum drach. quinque.
Foliorum Rutæ
Mentaſtri
Pulegij ceruini (id eſt Dictãni Cretici
Cumini
Rubiæ
Aſæ fœtidæ
Sagapeni
Opopanacis ana drach. duas

Diſſoluantur gummi in aceto ſcyllitico, & cum ſucco Artemeſię fingãtur trochiſci.

Deſcribitur à Raſi 9. ad Almanſorem in menſtruæ purgationis retentione. Tarditatem enim menſtruam ſollicitant, quæ ex craſſorum & frigidorum copia aut ſanguine concreto orta ſit, attenuant, incidunt, & infarctos meatus aperiunt. Fœtum mortuum ſed præcipue ſecundinam tardantem præſenti remedio expellunt, exhibetur ex decocto gran. iuniperi. Pro pulegio ceruino quidam vulgare capiunt, eius enim maxima vis in ciendis menſtruis purgationibus.

TROCHISCI E LACca, Meſuæ.

℞. Laccæ mundatæ.
Succi Glycyrrhizæ.
Eupatorij
Abſinthij
Berberorum
Rhabarbari
Ariſtolochię longę
Coſti
Aſari
Amygdal. amararũ.
Rubiæ
Aniſi
Apij
Schœnanthus ana drach. vnam

Cum decocto Ariſtolochiæ & Schœnãthus, vel ſucco Eupatorij, aut Abſinthij, fiant Trochiſci.

Laccam ſunt qui Cancamum putent, his troch. utimur ad iecinoroſos & lienoſos, hydropicos, febresq́ ex viſcerũ obſtructionibus natas, Vrinas potenter mouent, quo nomine Aſciti cõferunt. De laccæ præparatione vide ſupra.

TROCHISCI E CAPparibus Meſuæ,

℞. Corticum radicum capparum.
Sem. Agni caſti ana drach. ſex
Nigellæ
Calaminthæ
Succi Eupatorij
Acori
Amyg. amarorũ.
Foliorum rutæ
Ariſtolochiæ rotundæ verę
Sem. Naſturcij
Ammoniaci ana drach. duas

Cyperi rotundi

Scolopendrij (id eſt ceterach) ana drach. vnam

Trita omnia, Ammoniaco aceto diſſoluto, formantur in trochiſcos. Quidam Ammoniaci duplum ſumunt.

Ijs utimur ad lienis & hepatis obſtructiones à craſſa & Melancholica materia, quas potẽter diſſecant & attenuant, natamq; inde duriciem emolliunt, flatus hypochondriacos, cæterarumq; partium diſsipant.

TROCHISCI E CROco Nicolai.

℞. Croci drach. tres

Roſarum rubearum

Ammios

Myrrhæ ana drach. vnam ſemis

Ligni aloes ſcrup. duos

Cum aqua roſacea fiant Trochiſci.

Eiuſdem penè ut præcedentes facultatis, ſed non ſunt in vſu, & puto eoſdem eſſe cum Croco. magmate Galeni quod ſequitur. Nicolaus vocat Trochiſcos Croci magnetis, proculdubio deprauato nomine, cum Crocomagmatis dicere debuerat, nec variant in compoſitione, niſi quod pro Amylo Ammi ponit Nicol. & pro Gummi arabico lignum aloes: ego Galeni deſcript. veriorem puto, eaq; potius vtendum, quanquam nullam quod ſciam huius libri compoſitionem ingrediatũr.

CROCOMAGMA DAmocratis ex Galeno.

℞. Croci drach. vigintiquinq;

Myrrhæ

Roſarum ana drach. duodecim ſemis

Amyli

Gummi arabici ana drach. ſeptem ſemis.

Fiant Trochiſci.

CYPHI DAMOCRATIS ex Galeno.

℞. Vuæ paſſæ pinguiſſimæ ſeu Cibebarum
Terebintinæ coctæ ana vncias tres
Myrrhæ
Schœnanthus ana vnciam vnam ſemis
Calami aromatici drach. nouem.
Cinamomi drach. quatuor
Vnguis odorati
Bdellij vnguium, id eſt electi.
(*Bergomenſes Ammoniacum habent.*)
Spicæ Indicæ
Caſiæ ligneæ veræ
Cyperi purgati
Baccarum iuniperi maximarum & pinguiſſimarum ana drach. tres
Aſpalathi drach. duas ſemis
Croci drach. vnam
Mellis quantum ſufficit.
Vini cretici modicum.
Forma trochiſcos.

Deſcribitur à Geleno 2. de antidotis in Mithridatio Damocratis, cuius compoſitionem ingreditur. Quanquam per ſe commode quoque iis datur, qui iecur aut pulmonẽ, aut renes, aut aliquod aliud viſcus exulceratum habent. Myrrham, Bdelium. & Terebinthinam uſtam ſeu coctam, cum viuo contere, ut mellis liquidi craſſitudinem habeat, deinde vuam paſſam per ſe probe tritam iniice, ſimulq́ tritis, mellis quantum ſatis eſt infunde, ac reliqua inſperge, formatoq́ paſtillos.

Terebinthina porro coquitur hoc modo. Conijce eam in ollam: & triplum, aut etiam plus aquæ infunde, & ad ignem adhibe, nihilq́ mouendo coque, vbi vero aqua abſumpta, & terebinthina friabilis fuerit, vt digitis confringi poſſit, eam tolle, & ad Antidoti confectionem utere. Si vero inſumpta aquæ adhuc mollior appareat Terebinthina, aliam aquam perfunde, rurſusq́ ad ignem adhibe, donec friabilis reddatur.

Aſpalathus iam nobis innotuit, cuius fruſtu-

lum

lum habeo dono acceptum à Clariſſ. Medico Iulio Alexandrino, in ipſius porro inopia, aut Santalos citrinos, aut lignum Aloes ſubſtituo.

Pro Onyche ſeu vngue odorato, quidam blattam bizantiam, alij conchilia quibus margaritæ innaſcuntur ſubſtituunt. Sed maior pars authorum habet Bdelij vnguium inſtar vel ut Romanum Antidotarium legit Bdelij vnguinoſi, id eſt pellucidi in cuius defectu Bergomates ſubſtituunt Ammoniacum thymiama.

HEDYCHROON ANdromachi ex Galeno.

℞ Mari
Aſari
Amaraci
Aſpalathi aut Santali citrini ana drach. duas
Schœnanthus
Calami odorati aut Galangæ.
Phu pontici
Xylobalſami vel ligni Aloes.
Opobalſami aut Ol. Caryophyllorum
Cinamomi
Coſti (*Angelicæ*) ana drach. tres
Myrrhę
Folij (*Maceris & Cyperi ana partes æquales*)
Nardi Indicæ
Croci
Caſiæ ligneæ ana drach. ſex
Amomi drach. duodecim
Maſtiches drachmam vnam

Vini Falerni quantum ſufficit, fiãt trochiſci, qui in vmbra exiccati oleo caryophyllorum inungantur, aut oleo nucis moſchatæ.

Deſcribuntur à Galeno 1. de antidotis & ingrediuntur compoſitionem theriaces. Marum iã ad nos defertur, in eius defectu ſubſtitui poſſunt dictamni Cretici folia.

Pro Aſpalatho ſantalum citrinum ſubſtituunt priora exemplaria, quare pro Xylobalſamo ſub-

mo ſubſtituo lignum aloes, pro Opobalſamo oleum Caryophyllorum, pro Coſto Angelicam. Pro folio Maceris & Cyperi ana partes æquales. Pro amomo Citri ſemina. Pro Falerno Creticum vinum.

TROCHISCI E SCYLLA Galeni.

Scyllam initio Iulij collectam, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, cortice primo detracto, & parte duriore cui radiculæ adhærent, abiecta, farina ſubacta inuolues, & eouſq; in clibano coques, donec farina probe ſiccata ſit, & ea perforata, ſtilo ligneo tentabis nũ ſcylla vndiq; tenera ſit. Ea exempta partem interiorem diligẽter teres, cui admiſcebis farinæ Erui tenuiſs. cribratæ vncias octo ad ſingulas libras, formabis Trochiſcos ponderis duarum drachmarum, & ſiccabis in ſuperiore parte ædium meridiem ſpectante ſæpius obuertendo, donec probe ſiccati ſint, deinde repone.

Et ipſi Theriaces cõpoſitionem ingrediuntur. Pro Orobo in eorum compoſitione ſubſtituo puluerem radicũ Diptami albi ſeu Fraxinellæ, ſuaſu & hortatu Clariſs. & venerãdi piæ memoriæ Geßneri, cui cũ aliquando Orobi ſemina experiundi gratia tranſmitterẽ, reſpõdit ad hæc verba. τὰ ἀντὶ ὀρόβου πεμφθέντα μοὶ σπέρματα οὐ μοὶ ἀρέσκει, ἄλλωστε καὶ ὅτι πικρότητος οὐδεμιᾶς μετέχει ἔγω τοῖς ἡμετέροις φαρμακοπώλαις ἀντι ὀρόβου, τοῦ ψευδῶς λεγωμένου δικτάμνου ῥίζαν τιθέναι συνεβούλευσα ἔστι γὰρ πικρά, τε καὶ ἀλεξιφάρμακος, εἴ τι ἄλλο. *Pro eodem Norimb. ſubſtituunt farinam Cicerum rubeorum.*

Deſcribitur à Galeno 1. de antid. & in Theriaca ad Piſonem.

TROCHISCI E VIPERA Galeni.

 ℞. Car-

℞. Carnis viperinę anetho, ſale, & aqua coctæ vncias octo

Panis triticei puriſsimi, aut biſcocti. triti & cribrati. vncias duas

Formentur trochiſci cum iure, in quo decoctæ fuerint carnes viperinæ, & inungantur oleo caryophyllorũ, quod proxime accedit ad naturam balſami. Siccentur loco vmbroſo, libero, ventoq; perflabili, per dies quindecim, aut eo amplius. Sæpe autem ſunt conuertendi, donec probe exiccati fuerint, deinde in pixidem vitream aut figlinam vitratam bene obturatam reponendi Annum integrum perſeuerant, quanquam longe melius fuerit, haud multo poſt, quam ipſos confeceris, Theriacã adornare. Qui porro diutius conſeruare volet, ſubinde eos à puluiſculo abſtergat, qui illis obnaſci conſueuit, qui ſi diutius inhæreat, paſtillos perforabit. Hoc itaq; modo conſeruari poſſunt integri ad tertium annum.

Αρτίσκων θηριακῶν σκευασία extat apud Gal. loco prædicto, vbi de viperarum delectu plura reperies, ut apud Fœſium quoque. Baſis eſt Theriaces caro viperina, cuius uſus priuatim ad Elephanticos, & oculorum caliginem atq; obſcuritarem, viſum enim mirifice acuit, ut & Trochiſci illi ex earum carnibus parati. Inſuper Cutaneis morbis, viperarum morſibus & febribus peſtilentialibus ſunt conuenientes.

TROCHISCI DE Camphora Meſuę.

℞. Roſa-

℞. Roſarum rubearum drach. quatuor
Sacchari albi
Mannæ ana drach. tres
Santali citrini drach. duas ſemis
Glycyrrhizæ
Spodij ana drach. duas
Sem. Citruli
Cucumeris
Melonum
Cucurbitæ
Gũmi arabici
Tragacanthæ
Nardi Indicæ
Croci ana drach. vnam
Ligni aloes
Cardamomi maioris
Amyli
Camphoræ ana ſcrup. duos

Cum mucilagine ſem. pſyllij extracta cũ aqua Roſacea formentur Trochiſci.

Ad febres ardentes, bilis & ſanguinis feruorem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, & ab his ſitim inexpletam, ictterum quoq; Phthiſim, & Hecticam conferunt.

TROCHISCI DE Agno caſto, Rhaſis.

℞. Agni caſti
Tamaricis ana drach. quinq;
Sem. Endiuiæ
Portulacæ ana drach. duas ſemis

Formentur Trochiſci cũ aqua decoctionis ſcolopẽdrij.

Non ſunt in uſu, poſſent tamen in ſem. profluuio ſeu Gonorrhœa, & alijs eiuſmodi vitijs commode adminiſtrari.

TROCHISCI DE HAlicacabo Meſuæ.

℞. Fructum Halicacabi drach. tres.
Sem. Citruli
Albatechę. i. anguriæ aut (Melonis magni
Cucurbitæ ana drach. tres ſemis
Boli armeni
Gummi arabici
Thuris maſculi
Sãguinis Draconis
Sẽ. papaueris albi
Amygd. amararũ
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ
Amyli
Pinearum mundatarum ana drach. ſex
Sem. apij
Carabe *Succini.*
Terræ ſigillatæ aut boli arme(ni
Sem. Hyoſcyami
Opij ana drach. duas

Cum ſucco Halicacabi, vel cum aqua Roſacea in qua eiuſdem fructus ſicci fuerint macerati aut Iuleb. Roſato vel Violato fiant Trochiſci.

Dicuntur etiam diaphyſſalidon & de Veſicaria. Ad vrinæ ardorem, exulcerata fiſtula vrinaria, veſica, renibus, & vreteribus, vlcera detergent, glutinant, & cicatrice tegunt, locij acrimoniam mitigant, eiusq́; ſtrigmenta mucoſa, aſpera, & dolorifica complanant & leniunt, indeq; vrinæ tarditatem, & dyſuriam natam tollunt.

TROCHISCI DE CArabe Meſuæ.

℞. Carabe drach. ſex
Cornu cerui uſti
Gummi arabici aſſati

Corallij

Corallij rubri uſti
Tragacanthæ
Acatiæ
Hypociſtidos
Balauſtiorum
Maſtiches
Laccæ
Papaueris nigri aſſati ana drach. duas
Thuris
Croci
Opij ana drach. vnam grana quindecim

Mucilaginis pſyllij q. ſ. eſt, formentur Trochiſci.

Auxiliatur ſanguinem excreantibus, tabidis, purulenta expuentibus, cœliacis & dyſentericis, Sanguinem vndecunque emanantem ſiſtunt ac ſupprimunt.

TROCHISCI DE Corallio, Nicolai.

℞. Corallij rubri
Cinamomi
Myrrhæ
Amomi
Sem. Papaueris ana vnciam ſemis
Schœnanthus
Croci ana drach. duas
Calami aromatici
Xylobalſami
Caſiæ
Folij
Maſtiches
Phu
Polij montani
Aſari
Pedis columbini ana drach. vnam

Vini quantum ſufficit formentur Trochiſci.

Sanguinolenta excreantibus, dyſentericis, cœliacis, cibum faſtidientibus mire ſubueniunt, ad eadem etiam proſunt troch. Diacoralliu. Gal.

Pes columbinus eſt altera Geranij ſpecies habens maluæ folia, vide Fœſium fol. 230.

DIACORALLIV Galeni.

℞. Terræ ſamiæ aut boli armeni
Corallij rubri ana vnciã vnã
Balauſtiorum
Amyli
Terræ lemniæ ana vnciam ſemis
Hypociſtidos
Sem. Hyoſcyami
Opij ana drach. duas
Succi plantaginis q. ſ. formentur Trochiſci.

Aliam deſcript. habent Norimb. fol. 27.

TROCHISCI DE BERberis Meſuæ.

℞. Berberorum drach. duas
Spodij
Ligni aloes
Sem. acetoſæ
Maſtiches
Galliæ moſchatæ
Nardi Indicæ ana drachmam vnam
Gummi arabici drach. tres
Roſarum rub. drach. quinq;
Aquæ roſarum quantum ſ. fiant trochiſci.

Ingrediuntur elect. Roſatum Meſuæ, in eumq; vſum parantur, licet vſurpari poßint ad intemperiem calidam, & febrium ardores, linguæ ariditatem, & ſitim ſedandam.

Aliam deſcript. qua vtuntur Itali vide apud Norimb. 191.

TROCHISCI DIASPERmaton Galeni.

℞. Sem. Apij
Ammios ana vnciam ſemis
Aniſi
Fœniculi ana drach. duas
Opij
Caſiæ ana drach. vnam

Cum aqua pluuia formentur Trochiſci.

Dantur ex paſſo, aut aqua, ad omnes internos affectus, pleuriticis & ſanguinem reiectantibus conferunt, dolorem ſedant.

TROCHISCI DIArhodon Nicolai.

℞. Roſarum viridium drach. tres
Spodij drachmas duas
Santali rubri drach. vnam ſemis, grana ſeptem
Albi drach. vnam, grana duodecim
Croci ſcrup. duos ſemis
Camphoræ ſcrup. ſemis

Roſas recentes contunde in mortario lapideo, ſine intermiſſione, tum reliqua in puluerem redacta adde, & cum aqua roſacea ſub finem camphoram addendo formabis trochiſcos, quos in vmbra ſiccatos vſui reſerua.

Pondera nonnihil à ſuperiore editione variant, ſunt autem hæc legitima & è græco codice deſcripta.

Conferunt Dyſentericis, Cœliacis, iecinoroſis, & ſtomachicis.

Pro ſpodio ſumo ebur uſtum.

TRO-

TROCHISCI DE ROſis, Rhaſis Meſuæ.

℞. Roſarũ rub. vnciam ſemis
Lignialoes drach. duas
Maſtiches drach. vnam ſemis
Cinamomi
Abſinthij Põtici
Nardi Indicæ
Caſiæ veræ
Schœnanthus ana drach. vnam.

Cum vino vetere & decoct. quinque radicum, formentur trochiſci.

Iſti ingrediuntur pil. de Rhabarbaro. Efficaces ſunt ad Iecoris obſtructionem, febres antiquas. Icterum, & aquam intercutem, ventric. & nutritiuarum partium imbecillitatem, nam ut priores refrigerant, ita illi calefaciunt per ſimplicia ingredientia.

ῥοδίδες, alij ſeu Roſei paſtilli, deſcribuntur à Dioſcor. lib. 1. cap. 13. ab his facultatibus non multum differentes quibus Myrrham inſuper addit.

TROCHISCI RAmich Meſuæ.

℞. Succi acetoſæ vncias ſedecim
Roſarum odor vnciam vnam
Baccarum myrti vncias duas

Semel ferueſiant & colentur, adde colato
Gallarum recentium exactiſſime tritarum vncias tres.

Coquantur iterum aliquãtulum, deinde inſpergatur ſequentium ſpecierũ minutiſs. & optime cõmixtus puluis.

℞. Roſarum vnciam vnam
Santali citrini drach. decem
Gummi arabici vnciam vnã ſemis
Sumach

Sumach (.i. carnium rhois)
Spodij ana vnciã vnam
Succi Omphacij (ſeu agreſtæ) drach. ſeptem
Granor. myrti. vncias 4.
Ligni aloes
Caryophyllorum
Macis
Nucis moſchatæ ana dtach. quatuor.

Miſce omnia ſimul & extendein ſcutella lapidea, dũ ſiccentur. Exiccata rurſus in tenuiſs. puluerem terantur & formentur trochiſci parui cũ Camphoræ aureo ſeu denario vno, hoc eſt drachma vna & ſeptima eiuſdem parte, & ſufficiente aqua roſarum. In vmbra libera exiccati reponantur. Sunt qui ſucci Oxalidis loco, ſumunt ſuccum cydoniorum immaturum, & trochiſcos illos aromatizãt moſchi, drachmæ vnius quarta parte, ſiue granis decem & octo.

Ramich mixturam ex gallis & vuis paßis ſignificat. Hos trochiſcos aliquot compoſitiones recipiunt. Vſurpamus tamen in inteſtinorum & alui totius leuitate, acriumq́ humorum per ſedem profluuio. Infuſo enim acrimoniam obtundunt, & impetum ſiſtunt, eoq; nomine Choleræ morbo ſuccurrunt, hæmorrhagiam omnẽ ſiſtunt, naribus immißi aut medicamentis admoti. Viſcerum languores, ventriculi, hepatis, & cordis imbecillitates firmant. Pro Myrti granis Fuchſius ſuccum baccárum myrti legit, quem preferrem ſi apud nos extaret. Idem pro Camphora ſuccum ſemperuiui, ut in plerisq́ alijs ſubſtituit.

TROCHISCI DE SPODIO CUM ſemine acetoſæ Meſuæ.

h ℞. Roſa-

℞ Roſarum rub. vnciam vnã ſemis
Spodij drach.decem
Sem.Acetoſæ drach.ſex
Portulacæ
Coriandrorum præp.
Sumach ana drach. duas ſemis
Amyli parum aſſi.
Balauſtiorum
Berberis ana drach. duas
Gummi arabici aſſati drach. vnam ſemis
Omphacij ſeu Agreſtæ quantum ſatis fiant trochiſci.

In febribus bilioſis cum alui fluore efficaces ſunt. Inflammationem ventriculi, & hepatis, & ſitim continuam ſedant.

TROCHISCI DE Terra ſigillata Meſuæ.

℞.Sanguinis draconis
Gummi arabici aſſati
Trochiſcorum Ramich
Roſarum rub.
Seminis roſarum (*Antheræ offic.*)
Amyli bene exiccati.
Acaciæ
Lapidis hæmatitis
Hypociſtidis
Balauſtiorum
Boli armeni
Terræ ſigillatæ
Corallij rubri
Carabe ana drach. vnam
Spodij de ebore
Margaritarum præp.
Tragacanthæ
Sem.papa.nigri ana drach. vnam ſemis
Sem.

Sem. portulacæ parum aſſati.
Cornu cerui vſti
Thuris maſculi
Coni Cupreſſi
Croci ana drachmas duas
Aquæ plantaginis quantum ſatis fiant Trochiſci.
Quidam addunt opij drach. duas.

In ponderibus erratum puto, æquale enim drachmarum duarum pondus ex interuallo poſitum apud Meſuem ſuſpectum eſt, quamobrem priorum ſimplicium drachmam appoſui, poſteriorum drach. vnam ſemis, & vltimorum drachmas duas: vt ſi clymax, & ſufficere poſſe arbitror, etſi quidam priorum drachmas tres ſemis ponant, ſed immenſa foret compoſitio tot ſimplicium, quare ego ſi parari iubeo, pro drachma ſcrupulum ſumo, & ſufficiunt trochiſci aliquot annis. Spodium appoſui, quod prioribus exemplaribus deerat. Eſt autem horum trochiſcorum familiaris uſus ad ſanguinem vndecunq; emanantem, ſputa cruenta, hæmorrhagiam variam ſedant, cum ſucco polygoni, plantaginis, & ouorũ candido, ſi fronti & temporibus illinantur, fœminarum etiam menſtruam purgationem morantur, & inhibent vtero immiſi, aut lumbis, coxis, & pubi illiti. Cruento lotio per catheterem immiſſi medentur. Dyſentericis & inteſtinorum exulcerationi infuſi, cum ſucco burſæ paſtoris bene faciunt, aut cum ſucco cydoniorum, aut alio quouis adſtringente.

TROCHISCI DE Santalis Meſuæ.

℞. Trium ſantalorum ana vnciam ſemis
Roſarum drach: tres ſemis
Berberorum aut ſucci eius drachmas tres.
Boli armeni
Sem. Cucumeris
Cucurbitæ
Citruli
Portulacæ
Spodij ana drachmas duas.
Camphoræ drach. ſemis
Cum aqua portulacæ fiant Trochiſci.

Ad febrem ardentem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, & ſitim valent.

TROCHISCI DIAIΩN ſeu de Violis Nicolai Alexandrini.

℞. Florum violarum purpurearum viridium drachmas quinque
Amyli drach. tres
Sem. papaueris albi drach. duas ſemis
Rhabarbari ſcrup. quinq;
Sem. Plantaginis drach. vnam
Balſami ſeu olei Caryophyllorum ſcrup. vnum

Trita ſubigantur & cum aqua roſarum formentur trochiſci.

Ardores internos mitigant, aluumq́ emolliunt, gutturis aſperitates leniunt, & thoracis anguſtias leuant.

Fuchſius vult accipiendas violas marcias, quæ Græcis ἴα vocantur, non albas quæ iiſdem λευκόϊα appellantur, noſtris Cheiri, ut putat Cordus & Rondelecius.

TROCHISCI DE Violis ſolutiui Meſuæ.

℞. Violarum nigrarum mediocriter exiccatarum. drach. ſex.
Turbith drach. quatuor
Succi Glycyrrhizæ
Scammonij præparati
Mannæ ana drach. duas

Succus Glycyrrhizę Manna et Violæ ſimul bene conterātur, quibus addatur Turpeti puluis tenuiſſimus diu ſimul terantur, & cum ſyrupo Violato fiant trochiſci.

Vſur-

Vſurpantur in expurganda pituita lenta & viſcida, quæ thoracis vias intercipit, & ſuſpirioſos facit, bileq́ vitellina permixta deturbanda.

TROCHISCI DE Gallia moſchata, Meſuæ.

℞. Ligni aloes crudi drach. quinque
Ambræ drach. tres
Moſchi drach. vnam
Mucilaginis Tragacanthæ extractæ cum aqua Roſarum quantum ſufficit fiant Trochiſci.

Hi & ſequentes delicatæ ſunt & ſumptuoſæ compoſitiones, ad delicias maxime ſuo odore accommodatæ, ſuffitu & vaporatione gratæ. Ingrediuntur varias hinc inde compoſitiones. Cor & Cerebrum roborant, Ventriculum puerorum imbecillum, & vomitione lac effundentium confirmant, in iiſq́ pectoris anguſtias & anhelationes iuuant.

TROCHISCI ALIptæ moſchatæ Nicolai.

℞. Labdani puriſſimi vncias tres
Styracis calam. vnciam vnam ſemis
Styracis rubeæ vnciam vnam
Ligni aloes veri drach. duas
Ambræ drach. vnam
Camphoræ drach. ſemis
Moſchi ſcrup. ſemis
Aquæ roſarum quantum ſ. formentur trochiſci.

TROCHISCI DE Benzoi.

℞. Benzoi vncias ſex
Ligni aloes opt. vncias octo

Styracis calamitæ vncias tres
Moſchi drach. ſemis
Ireos vncias duas
Sacchari candi lib. tres
Pulueriſatis omnibus fiãt trochiſci cum aqua roſarum.

TROCHISCI BECchici albi.

℞. Sacchari albiſſimi lib. vnã
Candi optimi
Penidij ana vncias quatuor
Ireos vncias vnam, drach. ſeptem.
Amyli vncias duas ſemis

Mucilaginis tragacanthæ albiſſimæ cum aqua roſacea factæ quantum ſatis, formentur trochiſci parui.

Albis utimur ad faucium aſperitatem leniendam, tußiculoſos & ſuſpirioſos: Rubeis ubi aſtrictione & exiccatione opus eſt, & catarrho intercipiendo. Nigris ad tußim ſiccam in materia acri & calida, & vocis raucedinem, difficilesq́ pectoris excreationes.

TROCHISCI BECchici rubri.

℞. Specierum prædictarum quantum voles.
Boli Armeni præp. q. ſ.

Cum infuſione tragacanthę facta in aqua roſarum fiant trochiſci.

TROCHISCI BEChici nigri.

℞. Succi Glycyrrhizæ inſpiſſati vncias quatuor
Styracis calam. vnciam vnam ſemis
Saccha. cãdi, vncias duas ſemis
Specie-

Specierum Diaireos Solom.
Loch ſani ana vnciam ſemis
Sacchari penidij lib. ſemis
Sacchari albiſs. libras duas, vncias tres.

Mucilaginis tragacanthæ cum aqua hyſſopi factæ, quã-tum ſatis fiant trochiſci. Hodie paulo aliter præparantur.

Ablatæ vocis iacturam reſarciunt.

COLLYRIA SICCA, QVAE ARAbibus Sief appellantur.

SIEF ALBVM cum opio.

℞. Gummi arabici
Tragacanthæ
Amyli ana drach. quatuor
Ceruſſæ lotæ drach. ſex
Sarcocollæ nutritę drach. tres
Opij drach. vnam

Cum albumine oui fiat ſief.
Fit etiam ſine opio.

Ad oculorũ rheumatiſmos, lippitudines ſubacres, & ophthalmicos dolores leniẽdos proſunt. Et idem ferè eſt cum Collyrio albo Rhaſis ʒ. ad Almanſorem, quod Ceruſſæ pondus auctius habet, nimirum ad drach. decem, cui & thus addit Meſuæ, vnde in ſtatu magis prodeſt, ut ſine hoc, initio vehementis doloris à cauſa calida. Italis vſitatiſsimum eſt, vide Norimb. fol. 200.

SIEF DE THVRE Rhaſis.

℞. Cadmiæ
Pompholigis
Thuris ana drach. decem
Ceruſſæ drach. quadraginta
Opij
Gummi ana drachmas ſex.

Aqua

Aquæ pluuiæ quantum ſa-
tis, fiat collyrium.

Ad fluxiones oculorum & Chemoſis celebratur.

SIEF DE PLVM-
bo, Meſuæ.

℞. Plumbi vſti & loti
AEris vſti
Antimonij
Tutiæ lotæ
Gummi arabici
Tragacanthæ ana drach. octo
Opij drach. ſemis
Aquæ pluuiæ quantū ſufficit.
Fiat ſief.

Replet & conſolidat vulnera & vlcera oculorum.

SIEF DE ROSIS
Meſuæ.

℞. Foliorum Roſarum drach.
quindecim
Gummi arabici
Croci ana drach. octo
Opij
Nardi Indicæ ana drach. duas

Ad doloris moleſtias, fluxum vberem ac tenuem, puſtulas, prolapſus oculorum.

SIEF VIRIDE
Antæi.

℞. Cadmiæ
Croci ana drach. tres
Gummi
Myrrhæ
Opij ana drach. vnam ſemis
Plumbi vſti & loti ſcrup. vnū,
grana quindecim
Squamæ æris
Nardi Indicæ

Acaciæ

Acaciæ ana ſcrup.vnum, grana decem

Cum aqua pluuia fiat collyrium.

Ad doloris moleſtias, puſtulas, inuſtiones, prolapſus, confuſiones oculorum.

SIEF NARDInum.

℞. Gummi Arabici
Cadmiæ
Croci ana drach. duas
Stibij (ſeu Antimonij)
Acatiæ ana drach. vnam ſemis
AEris vſti
Opij
Myrrhæ ana drach. ſemis, ſcrup. ſemis.
Nardi Indicæ ſcrup. duos

Vini quantum ſufficit, fiat collyrium. Non eſt in vſu.

POMVM Ambræ

℞. Styracis calamitę liquidæ
Benzoi
Galliæ moſchatæ
Aliptæ moſchatæ
Labdani ana vnciam vnam
Cinamomi electi
Caryophyllorum
Santali albi ana vnciã ſemis
Roſarum rubearũ
Nucis moſchatæ
Macis
Ligni aloes
Cardamomi
Maioranæ
Gummi Elemi

Sem. nigellæ
Zedoariæ ana drach. vnam ſemis.

Terebinthinæ quantū ſufficit cum modica infuſione Tragacanthę facta in aqua roſarum, fiat maſſa.

ALIVD.

℞. Santali citrini drach. ſex ſcrup. duos
Ligni aloes vnciam ſemis
Roſarum rub.
Baſiliconis
Lauendulæ
Anthos
Maioranæ ana drach. tres ſcrup. vnum
Corticum citri drach. ſeptem
Cinamomi
Nucis moſchatæ
Macis
Caryophyllorum
Coriandrorū prępared.
Cardamomi ana drach. tres ſcrup. vnum
Labdani puri vncias octo
Styracis calamitæ drach. ſex ſcrup. duos
Liquidæ drach. tres
Aſæ dulcis drach. decem
Ceræ citrinæ vnciam vnam ſemis.
Terebinthinę vncias quatuor
Aquæ roſarum vncias duas ſemis
Moſchi Alexandrini
Ambræ cin. ana ſcrup. duos ſemis.

Fiat maſſa.

CAN-

CANDELE PRO Suffitu.

℞. Aſæ dulcis, id eſt, Benzoi
Styracis calam. ana vncias quatuor
Thymiamatis
Olibani ana vncias 12.
Labdani vncias decẽ & octo
Caryophyllorum vnciam vnam ſemis
Sem. nigellæ vnciam vnam
Coriandrorum præp.
Granorum iuniperi ana vnciam ſemis
Styracis liquidæ vncias ſex
Terebinthinæ vnciam ſemis
Carbonum Tiliæ vel ſalicis vncias triginta

Cum Infuſione Tragacanthæ facta in aqua roſarum, fiant candelæ.

SAPO MOSCHATVS

℞. Saponis veneti lib. quatuor
Incidantur minutiſs. adde pulueris.
Caryophyllorum
Santali albi ana vncias duas
Benzoi vnciam vnam
Moſchi grana viginti

Diſtemperentur in aqua roſacea. Aliqui addunt olei de ſpica guttas aliquot, ſed melius fuerit oleum caryophyllorum aut macis.

POMATA SIVE SEVVM Confectum, ex Amato Luſitano.

℞. Adipis ceruini vel illius qui ab hædi renibus ſeparatur libras duas
Pinguedinis ſuillæ recentis lib. ſemis
Pinguedines à mẽbranis purgatas, albo vino abluito, deinde lineo panno exprimito, ut vinum à pinguedinibus ſeparetur. Eas poſtea in olla vitreata, aqua roſacea ſemiplena infundito, ut aqua ſupereemineat & pinguedines cooperiat, quibus demum addes
Pulueres caryophyl. vnciam ſemis
Nucis moſchatæ drach. duas
Spicæ Indicæ grana quatuor
Pomorum camuſiorum mũdatorum & inciſorum numero octo

Poſtea optime cooperta olla, lenibus prunis eum admoueto, & baccillo agitato, feruereq́; permittito, ut aquoſitas penè tota conſumatur. Tãdẽ remota ab igne olla, quod reſiduum eſt per linteum nouum rarum in vas fictile aqua roſacea reſperſum percolato feces tamen relinquendo.

Colatum denuo in alteram infundatur ollam vitreatam cui adde
Olei amygdalarum dulcium vncias ſex
Ceræ albæ vncias quatuor.

Ad ignem omnia liquefacta, iterum colato, & in vaſculum vitreatum, roſacea aqua inſper-

inſperſum cadere ſinito. Demum omnia illa aqua roſacea abluta, in vaſe vitreo optime cooperto ſeruato, & tum candidiſſimum ſeuum habebis, quod interdum minio coloratur. Poteſt ijſdem addi coralliorum rubeorum drachma vna ſemis.

DECOCTA.

DECOCTIO APERitiua maior.

℞. Endiuiæ
Cichorij
Fumiterræ ana manip. vnum
Eupatorij
Boraginis
Bugloſſæ
Cuſcutæ
Scolopendriæ veræ ana manip. ſemis.
Glycyrrhizæ raſæ
Rad. Fœniculi
Apij
Petroſelini
Paſſularum ana vnciā ſemis
Sem. Aniſi
Fœniculi ana drach. duas.
Comarum thymi
Epithymi ana drachmam vnam ſemis
Cort. rad. Tamaricis
Capparorum ana drachmas duas
Foliorum ſenæ vncias duas
Polipodij quercini vnciam

Agarici electi vnciam ſemis

Incidenda incidātur, & quæ contundi debent cōterantur, & miſceantur omnia ſimul, & vſui ſeruentur.

Decocta ſunt in vſu apud nos frequēti, vel ſerapijs vel medicamentis tam lenientibus, quam vere purgantibus, ſeu Catharticis ea permiſcendo, præſertim ubi liquoribus ſtillaticijs uti non libet, putantur enim quibuſdam magis efficacia & affectibus præſertim diuturnis & curatu difficilioribus. Sic vbi lenitione & refrigeratione ſimul opus eſt, decocto florum & fructuum, in febribus plerumq; utimur. Aperitiuo, ubi eædem radices egerint, ita ut exterminari difficulter poßint, in viſcerum quoq; obſtructionibus, & contumacibus eorundem affectibus. Vbi maiore opus eſt efficacia, tum decoctio aperitiua cum Rhabarbaro locum habet, ut in hydropis initio, & cæteris morbis diuturnis, frigidis, pituitoſis, ac bilioſis, aut mixtis. Pectorali porro, in vitijs pectoris, Catarrho, Tußi, Aſthmate, Pleuritide, & id genus alijs, ſic decocto Senæ & Epithymi in affectibus Melancholicis, Quartanis, Cancro, Lue Venerea, & ijs qui ſunt congeneres, quæ omnia prudentis Medici arbitrio permittimus.

DECOCTIO APERItiua Lenitiua minor.

℞. Herbarum Agrimoniæ
Lupulorum
Cichoreæ
Cuſcutæ
Betonicæ
Ceterach
Endiuiæ
Fumiterræ ana vncias duas
Rad. Apij
Fœniculi
Petroſelini
Acori
Glycyrrhizæ ana vncias quatuor
Aſari vnciam ſemis
Sem. Aniſi
Fœniculi ana vnciam vnam
Poly-

Polypodij quercini vncias duodecim
Prunorum damaſcenorum
Ficuum pinguiũ ana numero triginta duo
Paſſularum vncias quatuor
Senæ Alexand. vnciam vnam
Flor. Boraginis
Bugloſſæ
Violarum
Roſarum rubearum ana vnciã vnam

Incidantur & contundantur, & miſceantur omnia ſimul.

DECOCTIO APERIriua maior cum Rhabarbaro.

℞. Specier. decoct. aperitiuæ maioris & minoris ana vncias tres.

Decoquantur in aquæ libris ſex, ad conſumptionem duarum librarum. Colaturæ feruidæ infunde,

Rhabarb. electi vnciam ſemis
Cinamomi drach. duas
Salis gemmæ ſcrup. vnum
Spicæ Indicæ ſcrup. duos
Specierum diarhodon Abbatis ſcrup. quatuor.
Sacchari vncias duodecim

Miſceantur pro vſu.

DECOCTIO PEctoralis.

℞. Paſſularum minorum mũdatarum à gigartis vnciam vnam
Sebeſten

Iuiu-

Iuiubarum ana numero quindecim
Dactylorum numero ſex
Caricarum pinguium numero quatuor
Hordei purgati vnciã vnam
Glycyrrhizæ vnciam ſemis
Capillo. veneris manip. ſemis
Hyſſopi drach. duas
Incidantur & miſceantur.

DECOCTIO FLOrum & fructuum.

℞. Caricarũ numero quinq;
Prunorum damaſcenorum numero quindecim
Iuiubarum
Sebeſten ana numero viginti
Tamarindorum vnciam vnã
Flor. Roſarum
Violarum
Boraginis
Bugloſſæ ana drach. vnã
Capillorum Veneris
Lupulorum
Endiuiæ ana manip. ſemis
Glycyrrhizæ drachmas duas.
Incidantur & contundantur pro vſu.

DECOCTIO CARminatiua.

℞. Sem. Aniſi
Dauci
Cumini
Carui
Fœniculi ana drah. tres
Glycyrrhizæ vnciam ſemis
Florum chamemæli manip. ſemis.

Paſſu-

Paſſularū vnciā vnam ſemis.
Inciſa miſceantur.

DECOCTIO SENAE.
D. Gereonis.

℞. Folliculorum ſenæ vnciam vnam ſemis.
Foliorum ſenæ vnciam vnam
Zingiberis drach. vnam
Florûm borraginis
violarum
roſarum rubearum
arantiarū ana drach. duas.
Polypodij quercini vnciam ſemis
Paſſularū purgat. vncias duas
Sebeſten
Prunorū ana num. duodecim
Aquæ fontis lib. quatuor
Fiat decoctio ſecundū artem.

Modo ſena parum ebulliat, & vas optimè obturatum per ſex horas dimittatur, deinde exprimatur.

DECOCTIO EPI-thymi Meſuæ.

℞. Myrobalanorum Indorū
Stœchadis Arabicæ
Paſſularum
Epithymi ana vnciam vnam
Myrobalanorū chebulorum.
Fumiterrę ana drach. quatuor
Folliculorum ſenę vnciam 1.
Polypodij quercini drach. ſex.
Turbith albi drach. quatuor
Agrimoniæ drach. quinq;
Seri caprini lib. tres

Bulliant omnia ſimul, præter Epithymum, ad conſum-

ptionem duarum librarum, tunc adde epithymũ, & ſemel ferueſac, tolle ab igne, & adde

Hellebori nigri drach. vnam
Agarici ſcrup. vnum ſemis
Salis indi drach. vnam ſemis.

Stent per horas octo vel decem macerata: facta deinde optima expreſſione colentur.

DECOCTVM MYROBALANORUM Meſuæ.

℞. Myrobalanorũ citrinorũ
Chebulorũ
Indorum
ana vnciam vnam
Tamarindorũ vnciã 1. ſemis
Comarũ fumiterræ drach. 8.
Abſinthij drach. duas
Prunorum numero viginti
Paſſular. purg. vnciam vnam

Coquantur in libris tribus aquæ, ad duarum librarũ conſumptionem, addendo

Pulpæ caſſiæ vnciam vnam.
Turbith
Agarici ana drach. ſemis

Frica & cola. *non eſt in vſu.*

DECOCTVM CAPILLORUM veneris Meſuæ.

℞. Capillorum veneris recentium vnciam vnam ſemis.
Summitatum fumiterræ
Lupuli
Violarũ ſicca. ana vnciã vnam
Pruna Hiſpanica aut Damaſcena numero quadraginta
Sebeſten numero decem
Iuiubas numero viginti

Coquantur in libris tribus aquæ

aquæ,lento igne, ad conſum-
ptionem duarum librarum.
Infunde tandem.
Pulpæ caſiæ fiſtulæ vncias tres
Tamarindorum vncias duas
Rhabarbari boni drach.tres
Fricentur & colentur.

INFVSVM SERI
Lactis Meſuæ.

℞. Foliorum roſarũ recentiũ
completarum mundatarũ
vncias duas
Rhabarbari electi drach.duas
grana duodecim
Nardi Indicæ drach.vnam
ſemis
Rhabarbarum & roſæ minutim incidantur, & macerentur per noctẽ in ſeri lactis caprini libris duabus,cola, & leuiter exprime.

ALIVD SERVM
Lactis.

℞. Florum Boraginis
Bugloſſæ
Fumiterræ
Epithymi ana
manip.ſemis
Polypodij quercini drach.ſex
Fœniculi drach.duas
Folliculorũ ſenæ vnciã ſemis
Aquæ lactis lib.tres
Fiat decoctio ad tertiæ partis conſumptionem: addantur
Mellis roſati vnciæ duæ.

INFVSVM HIERAE
Meſuæ.

℞. Hieræ ſimplicis

Aloes ana drach. quinq;

Macera decocto Epithymi ſupra ſcripto, ad lib. vnam in vaſe vitreo, in ſola dies decem.

HYDROMEL ſimplex.

℞. Mellis lib. vnam
Aquæ pluuiæ vel fontis lib. 8.

Decoquantur donec mel non amplius ſpumet.

HYDROMEL compoſitum.

℞. Aquæ fontis lib. viginti
Mellis deſpumati lib. vnam
Saluiæ
Origani ana pugillum ſemis
Aniſi
Coriandri, ana drach. vnam,
Glycyrrhizæ drach. duas
Cinamomi drach. vnã ſemis

Bulliant ad conſumptionem quartæ partis & colentur.

POTVS HIPPOcraticus.

℞. Cinamomi vnciam 1. ſemis
Zingiberis vnciam ſemis
Cariophyllorum drach. ſemis
Cardamomi
Macis
Granorũ paradiſi ana drach. vnam
Galangæ drach. vnam ſemis
Seminis aniſi. drach. ſemis
Vini lib. decem
Sacchari albi lib. vnam ſemis.

Fiat potus ſecundum artem.

CREMOR Ptiſanæ.

℞. Hor-

℞. Hordei mundi excorticati lib.vnam

Aquæ quantum ſufficit, bulliat ſemel, facta ebullitione: remoueatur prima aqua, & affundatur recens, quæ iterum coquatur ad conſumptionem medietatis, ac per pannum coletur.

Vide libellum Gal. de Ptiſana Lalamantij verſione.

ACETVM SCYLliticum.

Scyllæ laminas inter corticem & cor medias, acu lignea filo conſutas, tanto interuallo ne ſe cõtingant, ſiccabis in vmbra dies quadraginta, poſtea conciſam cultello ligneo libram vnam, dies alios quadrag͞ita inſolabis, in aceti boni (videlicet albi antiqui) libris octo, in vaſe vitreato ſtricti orificij bene obſtructo: poſtea colabis, & vteris. Nicolaus ſumit Scyllæ pani inuolutæ, & in clibano aſſatæ ſeu coctæ lib.vnam ſemis. Aceti acerrimi lib. ſeptem, & in vaſe vitreato per quadraginta dies inſolat.

Si vero accelerare cogeris, ſepeli vas in calido cinere, vel ſabulo, non repente ſed paulatim, horarum aliquot ſpacio intercedente.

Eodem propè modo fieri poſſunt ex floribus ſiccatis roſarum, ſaluiæ, ſambuci, roris marini. Acetum roſatum, ſal-

uiatum, ſambucinum antho-ſatum &c. Præter hęc & vuatū ex vuis paſſis.

AQVA CVM
Mercurio.

℞. Mercurij ſublimati vnciā
Aquæ fontis libram
Miſceantur.

LAC VIRGINEVM.

℞. Aluminis crudi vncias quatuor
Decoquantur ad tertias in aquæ fontanæ purę libris duabus. Poſtea
℞. Lithargiri lib. ſemis
Aceti vini lib. vnam ſemis
Decoquantur ad remanentiam libræ vnius, colentur, & commiſceantur ambæ aquæ: ac ſpatula tam diu agitentur, donec albeſcant.

AQVA FORTIS.

℞. Aluminis rochæ lib. ſemis
Vitrioli Romani
Salis nitri ana lib. vnā ſemis.
Contundantur & alembico bene lutato diſtillentur.

AQVA CAPONIS
compoſita.

℞. Caponem euiſceratū, atq; in fruſtra inciſum, depoſita pinguedine, decoque in ſufficiente quantitate aquę ſecundum artem.
℞. Brodij colati lib. duas ſemis
Aquarum Borraginis
Bugloſſæ

Bugloſſæ ana lib. vnam
ſemis
Florum Roſarum
Violarum
Bugloſſæ
Boraginis ana drach.
duas
Cinamomi electiſs. vnciā vnā
Diſtillentur in alembico vitreo ſecundum artem.

AQVA VSITATA ad oculos.

℞ Aloes Hepaticæ
Sarcocollæ ana drach. vnam
Camphoræ
Croci orientalis ana drach.
ſemis
Pulueriſentur omnia per ſe minutiſſime, adde
Vini Cretici
Aquæ roſarum ana vncias ſex
Bulliant in duplici vaſe ſecundum artem.

AQVA VITAE.

℞ Cinamo: electi vnciā ſemis
Zingiberis vnciam vnam
Caryophyllorum
Nucis moſchatæ
Granorum paradiſi ana vnciā
ſemis
Ligni aloes
Macis
Piperis longi ana drach. duas
Florū ſaluiæ odoratæ libram
Cardamomi
Maſtiches
Cubebarum
Calami aromatici
Galangæ ana drach. vnā ſemis
Flo-

Florum roſarum rubearum drach.duas
Citrariæ vnciam ſemis
Corticum citri drach. ſex.
Baccarum lauri vnciam ſemis
Stœchadis arabicæ drachmas quatuor
Rorismarini
Maioranæ
Lauendulæ
Meliſſæ
Betonicæ ana drach.ſex
Rutæ vnciam ſemis
Caſtorei
Spicæ Indicæ ana drach.vnã

Puluериſentur omnia groſſo modo, & infundantur per decem dies, in Vini maluatici deſtillati lib.octo. Vini ſublimati optimi lib. duabus

Deſtillentur lento igne in alembico bene obturato, & infundantur in petia
Ambræ cinericiæ
Moſchi Alexand. ana drach. ſemis

Seruetur optimè ne eua-poret.

PRO AQVIS DESTILlatis notandum.

Omnes tam ſtillatitiæ vſitatæ, quam aliæ medicatæ aquæ poſthac in Alembicis vitreis, vel terreis vitreatis, non in æreis vel plumbeis vaſibus, diligenter & acuratè deſtillẽtur, ne tetrum aliquem odorem aut extranei aliquid ex metal.

metallis contrahant, vel artificum oſcitantia minus recte præparata culpari poſſint. Sũt autem apud nos.

AQVAE DESTILlatæ vſitatæ.

Abrotoni
Abſinthij
Acatiæ noſtræ
Acetoſæ
Acetoſellæ
Adianti
Agrimonij
Alteæ
Alſines
Anagallidis
Anthemidis
Anethi
Anguriæ
Apij
Artemeſiæ
Arnogloſſæ
Aſari radicum
Aſparagorum
Auriculæ muris

Baſiliconis
Bardanæ
Betonicæ
Betulæ arboris
Borraginis
Bugloſſæ
Burſæ paſtoris.

Calaminthes
Cardui benedicti
Capitis monachi
Çaudæ equinæ. Hypuridis.
Centaurij
Cerefolij

Chelidonij
Cichorij
Ceraſorũ nigrorũ
Citri pomorum
Conſolidæ mediæ
Conſolidæ regiæ
Craſſulæ
Cochlearum
Centinodij
Ceparum
Caprifolij florum
Cuſcutæ
Citoniorum
Citrullorum

Endiuiæ
Euphragię
Enulæ
Ebuli
Eupatorij Auicennæ

Fœniculi
Fragariæ
Fragorũ ex fructu
Fraxini
Florum fabarum
Florum Tiliæ
Florum Siliginis
Florum Cyani
Fumariæ
Fungorum.
Geneſtæ.
Halicacabi
Hedere vtriusq;
Helxines ſeu Volubilis
Hyſſopi
Hypericonis
Iridis
Iuæ artheticæ
Iuniperi ex granis

Lactucæ
Lauandulæ
Leuiſtici
Linariæ
Liliorum conual.
Liliorum alborũ
Lapathi
Lupulorum
Liguſtri florum.

Maioranæ
Maluæ
Marrubij
Matricariæ
Meliloti
Meliſſæ
Mentæ
Mentaſtri
Mercurialis
Millefolij
Milij ſolis
Mellis
Melonum
Morſus diaboli.

Naſturcij
Nucum immaturarum
Nympheæ
Origani
Parietariæ
Petroſelini
Pulegij
Pæonię
Papaueris vtriuſq;
Primulæ veris
Phyllitidis
Picarum
Portulacæ
Prunellæ
Pirorũ ſylueſtriũ

Polygonati
Polytrichi

Quercus foliorum.

Roſarũ vtrarumq;
Raparum
Raphani
Roriſmarini
Rutæ.

Sabinæ
Saluiæ vtriuſq;
Sambuci
Satirionis
Satureiæ
Saxifragiæ
Scabioſæ
Sedi ſeu ſempuiui
Senecionis
Serpilli
Spicæ nardi
Solani
Squamariæ

Tamaricis
Tanaceti
Tuſſilaginis.

Valerianæ
Verbaſci
Veronicæ
Verbenacæ
Violariæ ex floribus & herba
Vitium lachrymæ
Vrticæ.

AQVAE COMPOSITæ & artificiales.

Cinamomi
Caponis
Eliſir vitæ

Peſti-

Peſtilentialis ſeu Theriacalis Bezoartica, cuius deſcritio hæc eſt.

℞.Rad. Valerianæ
Tormentillę
Pimpinellæ
Bardanæ
Gentianæ
Petaſitis ana vnciam vnā ſemis
Angelicæ
Dictamni albi ana vnciam vnam
Enulæ Campanæ
Zedoariæ
Ariſtolochiæ rot. ana vnciam ſemis
Corticum medianorum Fraxini Manip. quatuor
Herb. Betonicę
Veronicę
Scabioſæ
Cardui benedicti
Hyſſopi ana manip. vnū & ſemis.
Acetoſæ
Agrimonię
Fumariæ
Rutæ
Centaurij min. ana manip. vnum

Incidenda incidantur & contundenda contundantur, infundantur in vini albi Necarici menſuris quatuor &
Aquæ Valerianæ
Scabioſæ
Acetoſæ ana Menſura vna
Adde Theriacæ Andromachi

Communis ana vnciam vnā & ſemis
Electuarij de ouo vnciam vnam
Boli armeni puluer. vnciam ſemis

Deſtillentur omnia lento igne in alembico bene occluſo, ſeruetur uſui.

Iſta aqua vtimur in Xenodochio peſtilente & alijs infectis iam multis annis, plures alias vide apud Norimbergenſes fol. 170. & ſequētibus.

DE OLEIS.

Oleum proprie ſuccus eſt pinguis, ex oliuis prælo expreſſus, oleumq́ abſolute aut commune dicitur. Ex oleis immaturis omphacinum, & omotribes, id eſt, acerbum, & crudum dictum, frigidæ & aſtringentis facultatis. Ex maturis mediam quodammodo naturam tenuandi & leniendi vi præditam obtinet.

OLEVM AMIGDAlarum dulcium, Meſuæ.

℞. Amigdalarum dulciū ſiccarum non tamen rancidarū, cortice membranoſo purgatarum quantum velis.

Contundātur minutiſſimè, poſtea in ſartagine aliquātulum torrefacias, tandem prælo exprime.

Eo utimur ad gutturis aſperitatem, bronchiarum, ſpiritualium partium, ac cæterarum etiam leniendam, duriciem omnem, ac ſiccitatem articulorum corrigit, cutem erugat, ſcabra & aſpera polit, tenſa emollit, renitentia digerit, & complanat. Phthiſicis & atrophia laborantibus, ac conſumptis utile, alimentum enim humidum & lentore mediocri diuturnum præſtat, extenuatum corpus reficit & impingat. Calore eſt temperatum, humidoq́ ſecundum ordinem attingit, quo nomine intemperiem omnem ſedat, ſemen genitale promouet. Vteri, veſicæ, & vrinæ ardores mitigat. Colicos & nephriticos cruciatus,

tus,cum pari portione olei amigdal. amararum mirifice ſedat. Partuum labores torminoſos diſcutit, lenit. tandemq́ ſedat, & inunctionum ſola eſt materia quæ fœtus laborioſos educunt. Nephriticis, & locij acrimonia laborantibus, per ſyphonem iniectum tepidum mire confert, intemperiem omnem moderata ſua ſubſtantia profligans.

OLEVM AMIGDALA-rum Amararum.

Primo ordine calidum eſt, humido & ſicco temperatum, calefacit, attenuat, incidit, & digerit, vnde aurium tinnitus & flatus ex craſſa & frigida materia ortos diſsipat, auditumq́ frigore obtuſum reſtaurat, obſtructa expedit, cutis maculas & aſperitates, tam reliquarum partiũ, quam faciei, quas ephelidas & panos vocant, exterit, manantia capitis vlcera, furfureſq́ ex vino deterget. Neruorum affectus frigidos, duros, & dolentes, calore tenuante & digerente ſanat. Amarore lumbricos necat, frigidis vteri malis prodeſt. Vuluarum dolores, ſtrangulatus, conuerſiones, locorum inflammationes ſuppoſitum ſanat, Capitis doloribus inſtillatum medetur. Vrinæ anguſtijs pubi illitum, calculoſis, renum vicijs, ſtranguirioſis in fiſtulam vrinariam immiſſum medetur. Suſpirioſis, Lienoſis, iecinoroſis, & tabidis ſubuenit. Eaſdem penè omnes facultates commemorat. Plin. lib. 23. cap. 4.

Fit hoc oleum eodem modo, quo ex dulcibus amigdalis.

Fit eodem modo oleum ex nucleis Iuglandium, Piſtaciorum, Pinearum, Auellanarum Perſicorum: Item ex ſeminib. & granis, ut oleum

Hyoſcyami

Papaueris

Lini

De Cherua, id eſt, Ricino.

Balaninum ex Balano Myrepſica

Seſaminum

Nucum

De Carthamo

Ex ſinapi

Ex granis citri, & ſimilibus.

OLEVM

OLEVM IVGLANdinum.

Flatus craſſos diſsipat, tumores diſcutit, neruis attritis vel punctis, præſertim cum calce lota confert, ſcabiem exterit, quidam Gangrænas, Aegilopas, & Carbunculos eo perſanant, exprimendum porro ex nucibus vetuſtis & rancidis, & tum ad latos lumbricos, & aurium ſibilos efficax creditur.

OLEVM AVELlanarum.

Dolores neruorum, & Arthriticos ſanat, teſte quoque Manardo, alij ad venena, & morſus ſerpentum valere contendunt.

OLEVM NVCLEOrum, Perſicorum.

Obſtructa aperit, aurium & ſedis ab hæmorrhoidibus dolores ac tumores ſanat, lumbricos necat. In renum affectibus iniectum & epotum valere aſſerit Manardus.

OLEVM BALAninum.

Terget, expurgat, obſtructa liberat, auri iniectum tinnitui & ſurditati confert, ſtrumas, hepatis & Lienis ſcirrhum emollit & digerit, affectibus frigidis neruorum & iuncturarum, ſpaſmo, & arthritidi medetur. Alphos, lentigines, Varos, maculas, cicatrices nigras, & reliqua fœda cutis vicia corrigit, aluum potu ſoluit, ſed ſtomacho aduerſatur.

OLEVM RICININVM.

Galeno & Plinio Cicinum, Arabibus de Cherua dicitur. Prodeſt pſoris, capitis vlceribus manãtibus, præcluſis, & inuerſis muliebribus locis, & ſedis inflammationibus. Cicatricibus fœdis decorem addit, aurium doloribus efficax, potu aluum hydropicorum ciet, & ventris animalia pellit, prodeſt articulorum morbis & ambuſtis.

OLEVM CARTHAMI.

Obſtructa liberat, tergetq́, ideoq́, morbo regio, ventriculo dolenti, & colo confert, thoracem & pulmones expurgat, vocem clariorem facit.

OLEVM NVCIS Indicæ.

Neruo-

Neruorum dolori confert, thoracem & pulmones lenit, clariorem vocem facit, impinguat, & genitale ſemen auget, hodie ferè vſurpatur ad conceptus procurationem, & ſemis incremētum.

OLEVM DE Ceraſis.

Articularijs morbis confert, terget & expurgat, calculum è renibus & veſica pellit, panos faciei, lentigines, & cætera fœdæ cutis vitia delet. Efficacius eſt quod ex nucleis ceraſi ſylueſtris paratur.

OLEVM EX PISTAcijs & Pineis.

Hepatis & Renum dolores potenter lenit, impinguat, ſemen auget. Ventriculo non ingratum, Tuſsim & thoracis dolorem mitigat & intemperiem emendat.

OLEVM E GRAnis Citri.

Dolori Arthritico & ſuccedenti tumori confert, calculum veſicæ & Renum detrudit. In peſtilenti ſtatu alexiterum optimum, lumbricos necat potum aut illitum.

OLEVM SESAMInum.

Olim ex Alexandria Aegypti Venetias & inde ad nos comportabatur ſincerum, adulteratur tamen oleo nucum & papaueris, hodie apud nos paratur ex Seſamo. Clarum eſt candidum, guſtu in cibis & dulcedine delicatiſs. Vires habet impinguandi, ſemen genitale augendi, aſperitates & duricies leniendi, aſperam arteriam emollit, & clariorem vocem reddit. Aurium dolores ſanat, & vlcera quæ ſerpunt, quæq; cacoethe vocant. Peſt ori, tuſsi, & pleuritidi confert. Puerorum tuſsim ſedat huius olei cochlear, cum ſaccharo candi paulatim deglutitum.

OLEVM SEM. LINI.

Viribus proximum chamemælino & Anethino, anodynum eſt, conuulſionem curat. Articulorum, muſculorum, neruorum, & ceruicis duricies mitigat, ani affectibus mirifice confert, ſedis abſceſſus & hæmorrhoidum dolores ſedans, ani fiſſuras & rimas lenit. Manardus Pleuriticis linctu aut potu exhibebat, quod magnopere probauit Conradus Geſsnerus, qui in epiſtola quadam ad me. Iam quater aut quinquies fœliciter propinaui, primum bis ante ſeſquiannū in

Pleuritide cruda & maligna, iam deſperatis ferè virgini & mulieri, quarum vnaquæq; mox magna admiratione mea reſtitui cepit. Poſtea iuueni in morbo quodã interiore incognito ferè, nec ſatis iam memini etſi annotaui. Quarto in tuſſi & dyſpnoea ante paucos dies mulieri gutturoſæ, quæ heri ad me venit & pro hoc conſilio gratias egit. Omnibus paulo poſt ſoluta eſt aluus ſatis copioſe. Tres aut quatuor vncias vna vice bibi iubeo. Odoris quidem eius grauitas, plerisq; adeo moleſta & faſtidioſa eſt, ut ſecundo ſumere nollent, ſed nullum periculum nullum incommodum ſequitur, & medicus neceſſitatem in grauiſſimis morbis non voluptatem ſumentium ſpectare debet. Si rite pureq́ paretur, & Medicus domi haberet, confidentius dari poſſet, etſi Braſſauolus non admodum laudat, ego pro cognita feliciſſima & admiranda eius facultate Deo Gratias ago. Hactenus Geſſnerus.

OLEVM HYOSCYAMI & Papaueris.

Dioſcoridi exprimitur oleum ex ſemine albo hyoſcyami recente, ſicco, calida aqua aſperſo, inſolato, trito ad aurium dolores efficax, in peſſis ad emolliendum vtilius, neruis inutile. Potum Cerebri motus facit. Papauerini eadem eſt ratio ad inſomniam & febrium ardorem mitigandum, ut infra patebit.

OLEVM ROSATVM Vulgare.

℞. Olei cõmunis lib. quatuor
Roſarum rubearum nondum penitus apertarum vncias ſedecim

Macera & inſola per octo dies. Roſas exemptas bene exprime, atque alias impone, atqueita fac tertio, cola & ſerua. Nonnulli in tertia infuſione roſas relinquunt.

Vim habet repellentem, mitigatoriam, concoquentem, diſcuſſoriam. Inflammationes extinguit, roborat, cogit, denſat, Rheumatiſmos ſiſtit, & materierum per corpus fluxum cohibet, dyſenterias potu inſigniter iuuat, aluum ſoluit, ventriculum æſtuantem reſtinguit, ad uteri inflammationem pollet, capitis & meningum cerebri vulneribus confert, idem calefactum iuuat et exiccatum, aut mora in ſole, aut à febribus, aut alia cauſa. Humectat enim, mitigat, & ſomnum inducit. In dolore dentium inter initia vtiliter colluitur,

colluitur, vlceribus in capite manantibus, & fervidis eruptionibus illinitur. Lumbricos & aſcarides potum deturbat. Podagricis doloribus ac inflammationibus, & hemorrhoidibus vtiliter illinitur. Quod completum dicitur roborat, reſoluit, linit, & dolorum iniurias ſedat.

OLEVM ROSATVM Omphacinum.

℞. Olei omphacini (id eſt, oliuarum immaturarum) lib. vnam

Roſarum rubearum, nōdum penitus apertarum, ſed purgatarum vncias quatuor

Tritis roſis & oleo impoſitis, fac ut dictum eſt, ter roſas permutando.

OLEVM ROSAtum compoſitum Meſuæ.

℞. Olei ex oliuis maturis aqua fontana multoties loti, quantum voles, deinde infunde folia roſarum rubearum apertarū & purgatarum quātum ſatis eſt, in vitreum vas. Obturetur vas, ac per dies ſeptem in ſola, coque tribus horis in vaſe duplici. Expreſſis folijs & abiectis, recentia immitte, in ſola iterum coque in balneo Mariæ & exprime ut prius. Tertio recētia immitte roſarum folia, quibus adde aquæ infuſionis roſarū (eo modo cōfectę ut in ſyrupo roſato dictum eſt) partem quartam, miſce, in ſola dies quadraginta

in vaſe vitreato obturato, poſt excola, exprime, & addito roſarum ſucco, iterũ diu inſola.

Alij partem infuſionis ſumunt, & ſucci roſarum partem alteram, & eo quo ſupra dictũ eſt modo conficiunt.

OLEVM VIOLAceum.

℞. Oleum violaceum ſiuè violarum, fit ex floribus violarũ, & oleo oliuarũ, quemadmodum & roſaceum.

Frigidum & humidum eſt tenuium partium, leniens, & modice aperiens, ad feruentes inflammationes idoneum. Intemperiem calidam extinguit, phlegmonas omnes ſedat, arteriæ aſperitatem, pulmonis, & thoracis lenit, inuncto thorace, vnde & tabidis & hecticis præſenti eſt remedio. Phreniticis, & vigilibus fronti & temporibus impoſitum, ſomnum conciliat. Hepati & præcordijs adhibitum, febrium ardentium æſtus intolerabiles mitigat. Renum & iecoris immoderatum calorem ſedat.

OLEVM RVTAE.

℞. Rutæ recentis inciſæ & cõtuſæ quantum libuerit, pone in vaſe vitreo, & affunde olei veteris clariſſimi ſufficientem menſuram, & macera ad ſolẽ, aut in loco aliquo calido diebus quindecim. Deinde in duplici vaſe coquito, & abiecta ruta recentem inijcito, & iterum quindecim diebus macerato. Poſtea ſimili modo coquito & exprimito, & tertio recentem rutã inijce, macera, coque & cola.

Calefacit, tenuat, digerit, illitum & clyſteribus iniectum colicum dolorem ſedat, vitreum plegma eijciens, laterum, renum, veſicæ, & vteri dolores

dolores à cauſa frigida iuuat, neruorum, & ſpinæ reſolutionem inunctum componit, conuulſionibus medetur, flatus diſsipat.

OLEVM ANEthinum.

Oleum Anethinũ fit ex floribus & folijs Anethi, & oleo veteri claro, eodẽ modo quo Rutaceum oleum.

Anodinum eſt, tumores crudos concoquit, reſoluit, & laxat, ſomnum conciliat, rigorem febrilem ſpinæ & partibus neruoſis acceſsionis initio illitum euincit, cephalalgiam mitigat, uteri duricies emollit, menſtrua prouocat, & vuluarum caſus ferè omnes componit. Acopis familiare, laſsitudines diſcutit, dolores articulorum ſubleuat, venarum ſpiracula laxat, calefacit & emollit, neruis gratum, & conuulſionibus amicũ.

OLEVM CHAMAEmelinum.

Oleum chamæmelinũ, ſiue chamomillæ, fit ex floribus chamæmeli & oleo veteri claro. Siccentur flores in vmbra viginti quatuor horis. Deinde immitte cum oleo in vas vitreum anguſti oris, bene obturatum, & quadraginta dies inſolato.

Phlegmones mitigat, moderate reſoluit, fluxiones cohibet vi ſua modice aſtringente, ideoq́ colicis, articularijs, cæterorumq́ dolorum inicijs ſalubre eſt, laſsitudines iuuat, dolores ſedat ac mitigat, tenſa laxat, febres diſcutit & diſſoluit, præſertim quæ ſtipata cute proueniunt, Melancholicas & pituitoſas, hypochondriorum tenſionibus utile, capitis dolores mitigat, meatus namq; laxat, vapores diſcutit, & acrimoniam temperat. Acopum eſt & anodinum, ideoq; non temere inijcimus inicio colici cruciatus, ut quæ ſunt à flatibus diſtenſa relaxentur & emolliantur.

OLEVM LILINVM ſimplex.

℞. Florum Liliorum alborũ abiecto quod croceum eſt vncias quatuor.

Olei veteris. lib. vnam

Fitut oleum roſatum, ter lilia renouando.

Dicitur & Crinium, Lilinum, & Suſinum. Calefacit potentius quam priora duo, reſoluit, digerit, concoquit, dolores à frigore thoracis, ventriculi. coli, vteri, renum, veſicæ, & neruoſarum partium ſedat, lenit, mitigat, conuulſionibus prodeſt, colicis item doloribus inunctum aut ſuppoſitum, vtile eſt vteri cum primis & mulìebribus malis, eius præcluſiones & durtcies ſoluens, grauidis ad facilem partum confert, vlcera capitis mauantia, furfures, varos, feruidasq́, eruptiones ſanat, vibices cicatricesq́, celerrime ad colorem reducit, omnem inflammationem cũ vitellis ouorum inunctum rarefacit. Quos omnes effectus propric magis præſtat, id quod eſt compoſitum.

OLEVM LILIORVM compoſitum Meſuę.

℞. Fol. Liliorum alb. vncias nouem
Maſtiches
Calami aromatici
Coſti
Carpobalſami ana vnciam vnam
Caryophyllorum
Cinamomi ana vnciã ſemis
Croci drach tres

Omnia præter liliorum folia, aqua ſufficiente viginti quatuor horis macerentur. Deinde paululum coquãtur, & additis lilijs, oleiq; veteris libris duabus aliquantulum bulliant. Tunc omnia iniecta in vas vitreum in ſola dies quadraginta, poſt colatum & bene obſtructum reponatur. Simplici efficatius.

OLEVM CHEYRInum Meſuæ.

Oleum

Oleũ Cheyrinũ fit ex leucoijs luteis, hoc eſt, ex Cheyris citrinis. & oleo veteri claro, ut Rutaceum oleum.

Calidum eſt temperate, tenuat, lenit, digerit. Suppoſitum dolores ex flatibus, materia frigida & pituitoſa mitigat, ventris torminibus, modice ſuccurrit, neruorum & iuncturarum dolores ſedat, thoraci, pectori, veſicæ, & renibus cõfert, menſes prouocat, & vteri ſuffocationi medetur, interimit lumbricos, partum facilitat, Arthriticis & Reſolutis prodeſt.

OLEVM LIGVSTRINUM Meſuæ, ſiue Cyprinum.

Oleum liguſtrinum, quod Arabes de Alcanna vocant, fit ex floribus recẽtibus liguſtri, florente vitę, aut paulòpoſt, et oleo veteri clariſſimo, ad modum Rutacei olei.

Arabibus de Alcanna dicitur, nobis Liguſtrinum, quod ex Liguſtri floribus fiat. Calfacit & moderate aſtringit, emolliendi vim habet, vuluæ & neruorum affectibus ſubuenit, pleuriticis ſuccurrit & opiſthotonicis, Angina laborantibus. Capillos à canicie vindicat. Vide Norimbergenſes fol. 145.

OLEVM LILIORVM conuallium.

Fit ex floribus liliorum cõuallium & oleo veteri claro ut oleum liliorum ſimplex.

Priuatim commendatur ad puerulorum tormina.

OLEVM SAMBVCINUM.

Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci, & olei veteri clariſſimo, quemadmodũ oleum Rutaceum.

Lenit, abſtergit, cutim expurgat, ictero & hepati

hepati obſtructo confert. articulorum & neruorum doloribus vtile, eos namq; roborat. Epotum aut iniectum aluum irritat, ſeroſaq́ excrementa per inferna educit. Fit quoque ex medio Sambuci cortice ſimiliter macerato oleum, quod ad ambuſta Italis vſui eſt. Etenim læſi à bellicis tormẽtis & ignibus artificialibus, teſte Coſteo celeriter curantur, vide Norimb.

OLEVM IASminum.

Oleum Iaſminum (quod Arabes vocant Ieſeminum, & oleum de Zambach) fit ex floribus Iaſmini ſiuę Iaſeminis, ſiue Zambachi, & oleo veteri claro, ut oleum Rutaceum.

Fit ex floribus Sambaci quod Ieſminum vocant viribus Chamæmelino aut Cheyrino proximum, iiſq; quæ calefactionem deſiderant & relaxationẽ vtile. Frigidis etiam affectibus non obſcurum affert remedium.

OLEVM MYRtillorum.

℞. Olei communis (id eſt, oliuarum) lib. tres

Baccarum myrti lib. vnam

Confragantur, & quoniam myrtus vera apud Germanos non naſcitur, neque habemus ſemper virides Myrtillos, ſed aridos, ut ex Italia afferuntur, ideo neceſſum eſt ut vino odorato prius aſpergantur. Deinde miſceantur ſimul, & bulliant ut habet ars, tandem coletur & reſeruetur.

Μυρσίνινου ἔλαιου *ſeu Myrtyllorum aſtringit, refrigerat, denſat, cerebrum, neruos, & ventriculum adſtrictione roborat, viſcerum phlegmonis utile. Gingiuis medetur, dentium dolori, dyſentericis, cæliacis, vuluæ exulceratæ, vlceribus vetuſtis vel manantibus, nimio affluxu humentibus, cum ſquama æris & cera. Attrita ſanat hyeme contracta, furfures, rhagades, condylomata, articulos luxatos, & omnia quæ aſtri-* *ctionem*

ctionem deſiderant. Hæmoptoicis & ſanguinis ex pectore reiectioni confert, et ad arcendã phlegmonem in vlcere pulmonis Gal. illinit. Capillos retinet, eorumq́ defluuium ſiſtit, adiecto præſertim Labdano Gal.3. de comp.med. ſecundum locos, cap.2.

OLEVM MYRtinum.

Oleum Myrtinum fit ex folijs myrti, ut iam dictum myrtyllorum oleum.

Cerebrum neruos cor et ventriculum roborat.

OLEVM MENTHAE.

℞. Menthæ domeſticæ criſpæ vncias quatuor
Olei omphacini lib. vnam
Fit ut oleum Rutaceum.

Ventriculo imbecillo & refrigerato adhibetur, cum namq́ calefacit, roborat, nauſeam firmat, vomitionem ſiſtit, appetentiam excitat, concoctionem prouocat. Eligenda eſt criſpa & ſatiua.

OLEVM ABSINTHII.

℞. Olei oliuarum lib. tres
Comarum abſinthij
Succi eius ana vncias quatuor
Fit ut oleum rutaceum.

Oleum de abſinthio debebat fieri ex abſinthio pontico & oleo omphacino claro, ſed quia de abſinthio pontico nõ nihil dubitatur, quod videlicet non adeo calidum eſt, & ſuauioris odoris, valdeq; adſtringens, noſtrum vero abſinthium calidius eſt, & nihil ferè adſtringit. Galeno etiam teſte, atq; etiam oleo omphacino ut plurimum deſtituamur, ideo corrigendum eſt vel

cum roſis quæ dimidium eius pondus æquent, vel cum ſucco earum.

Calefacit, & refrigerata roborat, præſertim ventriculum, cibi auiditatem excitat, obſtructa leuat, lumbricos necat, viſcerum phlegmonis cõfert. Frigidis ventriculi affectibus mirifice conducit, flatusq́ ibidem conceptos diſsipat.

OLEVM CYDONIrum Meſuæ.

℞. Cydoniorum non excorticatorum.
Succi cydoniorum ana vncias ſex.
Olei omphacini lib. tres

Omnia in vas vitreum obturatum immittito, & diebus quindecim inſolato. Deinde horis quatuor coquito in duplici vaſe, cola & exprime. In expreſſione caro & ſuccus renouentur. Rurſum inſoletur, coquatur & exprimatur, & ſic tertium facito. Poſtremo colatum reconde ne perſpiret.

Melinum Dioſc. dicitur, ſtringit & refrigerat, ad ventric. & iecoris imbecillitates vtile, ventrem totum inferiorem, & neruos laxos cogendo roborat, retentricem partium facultatem firmat, ſtomachum in vomiciones effuſum in ſe cogit. Ventri defluxionibus infeſtato, lienteriæ, diarrhoeæ, dyſenteriæ medetur. Spinæ illitum & thoraci ſudores immodicos & diaphoreticos cohibet. Admonendi pharmacopæi vt recte ac diligenter hoc oleum parent. Norimb.

OLEVM MASTIchinum Meſuæ.

℞. Olei roſati omphacini (*alij completi*) lib. vnam
Maſtiches vncias tres
Vini odoriferi vncias quatuor (*alij octo*)

Coquan-

Coquantur ſecundum artem in duplici vaſe ad vini conſuptionem. Aliud ex puriſſima fit Maſtiche vitreis organis.

Mediocriter calefacit, aſtringit, & emollit, ventriculi coctricem & retentricem vim roborat, illitum in lienteria & intemperie frigida ſicca confert. Ad cæliacorum, ſtomachicorum, & dyſentericorum cruciatus vtile, tumores duros lenit, cerebrum, neruos, & iuncturas roborat, phlegmonis gingiuarum, linguæ, & totius oris medetur, faciem emaculat, & coloris gratiam illitum commendat.

OLEVM POPVLINUM, Nicolei Alexandrini.

℞. Olei com. lib. ſeptem, vncias duas
Vini lib. quatuor
Gemmarũ populi arboris recētium Veris initio collectarum lib. tres

Gemmæ populi diutiſſimè terantur, & macerentur in Vino et oleo diebus ſeptem, poſt coquantur in duplici vaſe vſque ad conſumptionem vini, deinde exprimatur oleum & reponatur. Efficatius erit ſi ſecundo & tertio recētes populi gemmæ addantur.

Emollit, tenuium eſt partium & calidum, Arthriticis, & Podagricis vtile. Fuchſius hanc compoſit. optimam putat, quæ R. Gemmarum populi nigræ tuſarum vncias quatuor. Olei dulcis libras tres. Vini libris ſex. Inſolentur vaſe vitreo diebus quindecim, deinde lento igne vaſe duplici coquantur ad vini conſumptionem, expreſſum & colatum oleum reponatur. Confert doloribus capitis, arthriticis, podagricis, nephriticis & aliјs cruciatibus.

OLEVM IRINVM Meſuæ.

℞. Radicum Ireos lib. vnam

Florum eiuſdem lib. duas

Macerentur in decoctione aliarum radicum Ireos quantum ſufficit, adde

Olei veteris. lib. duas

Coquantur in duplici vaſe, & exprimantur, radicesq; nouæ & flores immittantur, coquantur denuo, & tertio, colatum ſeruato & obturato. Aliam compoſitionem habet Nicolaus Alexandrinus, quæ aliquibus eſt vſitatior.

Vim habet excalefactoriam & emollientem, roborat, tenuat, reſoluit potenter, terget, concoquit, maturat, & alta penetrat, conuulſionibus efficax, aurium ſonitus tollit, quæ in thorace ſunt & pulmone concoquit. Aſthmaticos iuuat, tuſsim cōpeſcit, ſtrumas diſsipat, aliosq; tumores duros hepatis & ſplenis, articulorum doloret & duricies emendat, facit ad inteſtinorum tormina & ilei cruciatus, naribus illitum deſtillationibus & ozænis medetur. Datur ijs qui cicutam, Coriandrum, aut fungorum venenum hauſerunt, præſentiſsimo Alexipharmaco. τυφλωθείσας αἱμοῤῥοΐδας ἀναστομοῖ καὶ τῆς μήτρας στόμιον ὑπὸ φλεγμονῆς τινὸς ἢ ξηρότητος ἢ σκίῤῥου μεμυκὸς κατὰ συμβεβηκός, *quemadmodum ciclamen, allium, cepe, fel tauri. Gal.* ἐ ἁπλῶν φαρμάκων. *Aliam compoſitionem habent Norimb. fol. 245.*

OLEVM DE ENVla, Meſuæ.

℞. Radicum Enulę contuſarū
Succi eiuſdem
Olei ſeſamini ana lib. ſemis
Vini odoriferi vncias tres

Fiat ut oleum myrtinum.

Calfacit, tenuat, digerit, ob id affectibus neruorum, vteri & veſicæ frigidis prodeſt, & febriū rigori ac colo à flatibus dolenti.

OLEVM NARDINVM ſimplex, Meſuæ.

℞. Olei Seſamini vel oliuarū
dulcis

dulcis & loti lib. vnā ſemis
Spicæ nardi aromaticæ vncias tres
Vini
Aquæ ana vncias duas ſemis

Incidantur minutim, & coquātur in duplici vaſe, donec vinum & aqua in vaporem reſoluantur. coletur deinde oleum, & colatum reponatur, abiecta Nardi ſpica.

Calefacit, tenuat, digerit, modice aſtringit, quocirca ijs auxiliatur qui calore & aſtrictione indigent, ut ſtomachicis, cœliacis, deſtillationi, & thoracis vicio obnoxijs. Ventriculum firmat, & coctionem procurat. Viſcerum plegmonis, iecoris inflammationi, & pulmonum vlceribus illinitur. Cerebri & neruorum frigidos affectus ſanat, aurium dolorem mitigat. Tremulis & paralyticis ſummum eſt remedium. Vteri præfocationes, occluſiones, & tumores ſuppoſitum diſcutit, aut etiam iniectum Veſicæ dolori, renumq́ calculis opitulatur. Compoſitum ad prædicta efficacius.

OLEVM NARDINVM compoſitum, Meſuę.

℞. Spicæ Indicæ vncias tres
Maioranæ vncias duas
Ligni aloes
Enulæ
Macis (pro folio indico)
Calami aromatici
Foliorum lauri
Cyperi
Schœnanthus
Cardamomi ana vnciam vnam ſemis

Contundantur omnia groſſo modo, deinde affunde illis
Vini
Aquæ fontanæ ana quantum ſufficit, id eſt, vtriusq; circiter vncias quatuordecim

Olei ſeſamini vel communis lib.quatuor

Macerentur per noctem, deinde coquantur in duplici vaſe ſecundum artem.

OLEVM SAMPSVCHInum, id eſt, Maioranæ Actuarij.

℞. Foliorum Samſuchi manip.quatuor
Serpilli manip.duos
Foliorum myrti manip.vnū
Abrotani
Siſymbrij ſeu Mentæ aquaticę ana manip.ſemis
Caſiæ ligneæ veræ vncias duas
Olei omphacini quantum ſufficit.

Concidito & contundito omnia, & impone in vitrū, & infunde oleum ut ſupra ſpecies emineat, tum obſtructo vaſis orificio, macera ad ſolem diebus octo. Poſtea exprime, & expreſſum oleum infunde recentibus ſpeciebus, & hoc etiam tertio facito.

σαμψύχινον Acopum eſt, & laßitudinibus vtile, frigidis Cerebri & neruorum vitijs prodeſt, ſpinæ in balneo inunctum paralyſim iuuat, & ſpaſmum cynicum naribus immiſſum, aut ore detentum, & ſternutamentum leuiter ciet. In Opiſthotonicorum & vulſorum cataplaſmata additur. Auribus immiſſum tinnitū à flatu diſſipat. Ad uteri præcluſiones & conuerſiones efficax, menſes, ſecundas, & partus extrahit, vteri ſtrangulatum recreat, ſcorpionum morſibus medetur.

OLEVM MOSCHElinum, Nicolai Alexandrini.

℞. Olei

℞. Olei puri (Punici Norimb.
lib. quatuor, (alij lib. ſex
Aquæ lib. vnam ſemis
(alij vini odori vncias ſex)
Folij (pro eo Macis)
Nardi Indicæ
Coſti
Maſtiches ana vnciam vnam
ſemis
Styracis calamitæ
Croci
Myrrhæ
Cinamomi
Caſiæ ligneæ veræ ana drach.
ſex
Carpobalſami (vel eius ſuccedanei.)
Caryophyllorum
Bdellij ana vnciam ſemis
Moſchi drach. tres
(alij drach. vnam)
Nuces moſchatas numero
duas

Folium, Myrrham, Caſiam, Carpobalſamum & Bdelliũ tere, & per biduum in aqua (in vino ut alij) & oleo macera, poſtea coque ſupra lentum ignem in duplici vaſe, vſq; ad conſumptionem aquæ, (Vini) deinde cola, & reliqua in tenuiſſimum puluerem redacta inſperge, præter Moſchũ, iterum macera, & coque parumper. Vltimo moſchum addito: Probè omnia miſceto, & repone, & interdum vas agitato.

μοσχέλαιον potius dicendum à Moſcho qui

eius

eius compoſit:ingreditur. Frigidis affectibus eſt præſtantiſsimum, ventriculo præcipue debili, quem roborat & calefacit, dolorem lateris illitum ſanat. Stranguarioſis, Colicis, & neruorum omnibus prope vicijs confert. Pomis odoratis cogendis eſt aptiſsimum & vnguento Aregon, aliiſq; med. ut ſpeciebus Lithontribon conficiendis. Modus compoſitionis variat, priora exemplaria habebant Olei libras quatuor, ego ſex ſubſtitui, ex Fuchſio & Fœſio & pro aquæ libra vna ſemis. Vini odori vncias ſex ex iiſdem, & Moſchi drachmam vnam, cum priora exemplaria tres habuerint. Fuch. putat nucem Indicam veram recipiendam, & pro aqua vinum vt ſupra. Quidam folio & ſpicæ lilia quoque addunt eodem pondere.

OLEVM HYPERICI.

℞. Summitatum Hyperici — vncias tres

Macerentur in vino odorifero, tribus diebus & noctibus, bulliant deinde in duplici vaſe, obturato orificio vaſis. Poſtea exprime, & recentis Hyperici, par pondus inijce, & iterum macera, coque, & exprime, tunc etiam tertio recens Hypericon adde, & ſi vinum minuetur adde aliquid. Poſtea admiſce

Terebinthinæ claræ — vncias tres

Olei veteris clari — vncias ſex

Croci — ſcrupulum vnum

Coquantur in duplici vaſe vſque ad conſumptionem vini, poſtea exprime, & à ſedimento purgatum oleum repone.

Calefacit & ſiccat, eſſentiæq; eſt tenuis vnde ad omnes dolores frigido contractos adhibetur, & eſt anodynum. Iſchiadicis, & varicibus vtiliter adhibetur, contra dentium dolorem, podagram. Chiragram, & articulorum dolores prodeſt. Neruorum puncturis, & vulneribus eſt efficax, & illitu ac fotu conuulſiones prohibet, ambuſtis cicatrices ducit & vulnera glutinat.

OLE-

OLEVM DE CAPparibus.

℞. Corticis rad. Capparum vnciam vnam
Corticum Tamariſci
Foliorum Tamariſci
Seminis agni caſti
Ceterach Aſpleni Scolopend.
Cyperi ana drach. duas.
Rutæ drach. vnam
Olei maturi lib. vnam
Aceti albi fortis
Vini albi ana vncias duas

Trita leuiter coquantur in duplici vaſe, vſq; ad conſumptionem Vini & aceti.

Lienis tumores duros & ſcirrhoſos iuuat, eiusq́; obſtructionibus valde eſt familiare. Et huius cōpoſitio in pleriſq; exemplaribus variat.

OLEVM VVLPInum Meſuæ.

℞. Vulpem integram exemptis interaneis.
Aquæ fontanæ
Aquæ marinæ ana lib. vnam ſemis, aut q. ſ.
Olei veteris clari lib. quatuor, *Itali vncias 45.*
Salis vncias tres

Coquantur, & inter coquendum adijce
Anethi
Thymi ana lib. vnam

Coquantur donec ab oſſibus recedat caro, & aqua conſumatur, deinde coletur oleũ & reponatur.

Potentiſsimæ in digerendo & diſcutiendo facultatis, quo nomine ad neruoſi generis iniurias frigidas, & articularios affectus præcipue valet. Vulpes bene habita & vegeta, non ſtrigoſa, qua-

lis per vindemam vuis nutrita & impinguata capitur, ætatis mediæ, non iuuencula, aut recens nata eſto, quam exenteratam ſemianinem oleo incoquunt. Detracta pelle & exemptis interaneis.

OLEVM SCORPIONUM ſimplex, Meſuæ.

℞. Scorpiones numero triginta
Olei amygdal. amararum lib. duas

Macerentur in vaſe Vitreo ſtricti orificij, per dies triginta caniculares, vel aliás tota æſtate calidiſſimis diebus, poſtea colatum ad vſus repone.

Veſicæ & Renum calculum diſsipat, lumbis, pubi, perinæo, in ſolij egreſſu illitum, & in porũ vrinarium immiſſum. Venenis præcipue à ſcorpio ictis, & peſtilentiæ adeo reſiſtit, ut eius ſolo vſu quendam cum famulitio à peſtilentiæ contagione ſeruatum ſcribat Manardus, & ex ſola inunctione aliquos eſſe liberatos, qui ſæuiſsima biberant venena.

OLEVM SCORPIONUM cõpoſitum Meſuę.

℞. Ariſtolochiæ rotundę veræ
Gentianæ
Cyperi
Corticum radicum capparis ana vnciam vnam
Olei amygd. amararum. lib. vnam ſemis.

Macerentur in oleo contuſæ radices ad ſolem feruidum, deinde coquantur aliquantulum in duplici vaſe, iniectis ad vltimum ſcorpionibus numero viginti, poſtea iterũ ſerenis diebus triginta ad ſolem macerentur, poſtremo excolatum oleum reponatur

Validius

Validius eſt priore & potiſsimum in peſte ac venenis commendatur, uide aliam deſcript. apud Matthiolum in com. ad Dioſcoridem æditis, circa inicium libri ſexti.

OLEVM ABROtani.

Conficitur ut oleum Rutaceum.

Confert ad producendot pilos, & in caſu pilorum cum Labdano & pinguedine vrſi illinitur. Maſſa.

OLEVM LAVrinum.

℞. Baccarum lauri electarum maturarum & contritarum, quantum voles. Eæ in aqua diu coquantur & colentur, cumq; infrigiditatæ fuerint, illud pingue, quod ſupernatat colligatur.

Vis ei calefactoria vehemens, molliens, tenuans, aperiens, diſcutiens, exiccans. Intemperiem omnem partium frigidam ſolam, aut cum pituita & flatibus ſanat. Cerebri, neruorum, articulorum, ventriculi, inteſtinorum, præſertim coli, hepatis, lienis, renum, vteri affectibus frigidis, & dolorem his ſuccedentem abolet. Rigori febrili ſpinæ dorſi illitū prodeſt, paralyſi, neruorum vitijs, algoribus, Iſchiadicis, capitis doloribus inueteratis, deſtillationibus: auribus illinitur, renum morbis frigore contractis ſuccurrit, laſsitudines diſcutit, venarum ſpiracula aperit, ſcabie infeſtatis & aſpera impetigine laborantibus in balneo inunctum medetur, fugiendum tamen in ſcabie aut impetigine inflammationem minante, calidis & bilioſis naturis, frigidis namq; & pituitoſis eſt commodum. Vermes & pediculos enecat, capitis furfures, ophiaſim, alopetiam delet, capiti tamen calido non admouendum. Fit in hunc modum. Baccæ lauri maturæ & recentes teruntur in pila, & ex aqua & lebete coquuntur, poſt torculari plano concauo exprimuntur in vas ſubiectum, in quo aquæ ſupernatans oleum colligitur. Affuſa calenti aqua iterum teruntur exprimunturq; torculari cauato, colligitur oleum & reponitur. Sunt qui baccas lauri citra omnem aliam miſtionem molliunt, & ita prælo exprimunt oleum. Fuchſius & Fœſius. Vide Norimb. fol. 253. qui ex Italia petendum cenſent.

OLEVM DE Tartaro.

℞. Tartari lib. quatuor

Pone in ollam, & vre in fornace cũ lateribus, aut tegulis, aut fictilibus, aut per ſe donec omnino excandeſcat tartarũ. Poſtea impone in ſacculum ex laneo panno factum, & ſuſpende in cellario, tum diſtillabit ex eo clarus quidam liquor, quem repone.

Valet ad faciem tergendam, & erugandam cutim, ſcabiem & impetigines ſanat, utuntur quidam ad vlcera capitis manantia, ut oleo de Nitro, quod in officinis etiam quibuſdam noſtratibus proſtat, id forte ad eadem ulcera efficacius, eiuſdem cũ priore facultatis. Chymici quintam eſſentiam Tartari aduerſus abſceſſum internos & morbum regium commendant. Vide varias eius compoſit. apud Fœſium & Euonymum.

OLEVM EX CROco Meſuæ.

℞. Croci vnciam ſemis
Myrrhæ electæ drach. duas
Aceti quãtum ſufficit ad macerandum diebus quinq;.
Cardamomi drach. quatuor ſemis
Olei vncias nouem

Crocum & Myrrham diebus quinq; macera, die ſexto adde Cardamomum. Septimo cum oleo coquantur igni lento ad aceti conſumptionẽ. Loco aceti quidam vinũ ſupponunt.

Neruos & vterum roborat, eorum dolorem ſedat, conuulſioni, & vteri dolori confert, durities diſſipat, & colorem bonum conciliat.

OLEVM FORMIcarum, Nicolai.

℞. For-

℞. Formicarum alatarum quantum vis.
Olei quantum ſufficit.

Macerentur æſtate ad ſolē diebus quadraginta, poſtea excolatum oleum repone.

OLEVM EX LIgno Iuniperi.

Fictile vas in terram fodiatur, ſupra id aliud fictile anguſti orificij inuerſum ponatur, recentibus Iuniperi lignis minutim inciſis plenū. Cui ſubducatur lamina ferrea foraminibus peruia, ut deſtillet liquor, & ne ligni ſegmenta delabantur. Bene autem aptentur, & luto chymico circumlinantur fictilium orificia, ne quidquam expiret. Poſtea inferius fictile, vſq; ad collū ſuperioris obruito terra, et facto pauimēto, ignem circa & ſupra fictile ſuperius accendito, atque ardere ſinito aliquot horas. Poſtremo liquorē qui deſtillauit auferto.

Valet ad impetiginem, ſerpiginem, cancrum, et maligna crurum vlcera, cutis fœditates eluit, utuntur quidam cœlo peſtilenti efficaci amuleto naribus & temporibus eo munctis. Eadem ratione fiunt alia olea ex lignis ut è ligno ſancto, et alijs, præſertim pinguibus & ſuccoſis, item fructibus, baccis, ſeminibus, quo modo per deſcenſum olea extrahi chymiſtæ dicunt.

OLEVM EX IVniperi baccis.

Oleum è Iuniperi baccis elicitur per artem deſtillandi vinum ſublimatum, quia vero

minoris emitur, quam ut ab aliquo pharmacopola pręparari queat, confectionem eius præterimus.

OLEVM PHILOSOPHORUM, ſiue de lateribus Meſuæ.

℞ Laterem aut tegulam ruffam antiquiſſimam, ex ruffo luto ductam, eam confringe in fruſta mediocria, & in prunis vrito, donec tota excanduerint. Deinde è prunis exempta fragmenta reſtinguito oleo claro veteri & dimittito quouſque ſe oleo impleuerint. Poſtea oleo exempta in tenuiſſimum puluerem cõtundito, atque in Retortam, aut Cucurbitam vitream indito, & ſecundum artem luto chymico iuncturas vitrorum claudito, & ſubtus accenſis prunis, oleum elicito, & elicitum reponito, vitro bene clauſo.

Eſſentiæ tenuitate in altum penetrat, digerit, materiam omnem excrementoſam conſumit. Aurium tinnitui à flatu craſſo, iiſq; verminantibus medetur, Paralyſi, ſpaſmo cynico, Iſchiadi, Gonagræ, podagræ, cæteriſq; articulorum affectibus prodeſt, potum aut inunctum. Splenis tumores ſoluit. Comiciales naribus inunctum ſubito excitat, cerebrum calefacit, memoriam firmat, dentium dolorem ſedat, iniectum vtero menſes prouocat, fœtum viuum aut mortuum educit, ora venarum aperit, & ſanguinem concretum diſſoluit, pulmones purgat ab humoribus craßis & viſcidis, oculorum ſuffuſiones delet, vermes interficit, venenis frigidis potenter reſiſtit, ſcorpionis morſum & noxas ab opio aut hyoſcyamo propellit, calculos veſicæ pellit, & mirifice commendatur ruptis è doloribus partus.

OLEVM CASTOREI, Iacobi de Manlijs.

℞. Ca-

℞. Caſtorei
Styracis calamitæ
Galbani
Euphorbij
Caſiæ ligneæ veræ
Croci
Opopanacis (neicius.
Carpobalſami (aut ſucceda-
Spicæ nardi Indicæ
Coſti ana drach. duas
Cyperi
Schœnanthi
Piperis longi
nigri
Sabinæ
Pyrethri ana drach. duas ſemis
Olei libras tres
Vini odoriferi lib. duas

Confice ſic, Galbanum & Opopanax in Vino ſeorſim diſſolue, deinde reliqua omnia contuſa cum oleo & vino coquito in duplici vaſe, ad conſumptionem vini, poſtea cola, & diſſolutum & expreſſum Galbanum cũ Opopanace, oleo affunde, & iterum coque ſufficienter, & repone, ſępius miſcendo in poſterum, ut Galbanum & Opopanax in vaſis fundo ſubſidẽtia, oleo cõmiſceantur.

Valet ad omnes neruorum & Cerebri offenſas frigidas, tetanum, conuulſionem, tremorem, paralyſim ſanat rigores acerrimos, & frigora febrium ſedat. ſpinæ dorſi illitum.

OLEVM EX EVPHORbio, Meſuæ.

℞. Euphorbij vnciam ſemis
Olei Cheyrini vncias quinq;

Vini

Vini odoriferi tantundem
Coquantur in duplici vaſe ad vini conſumptionem.

Hæmicranicis, cephalalgicis, & lethargicis adhibetur, & naribus immittitur ad diſcutiendum vicium. Epiſpaſticis medicam. vtiliter admiſcetur, præſtantiſsimum enim attrahendo eſt remedium in frigidis vicijs, eſt enim tenuium partium. Alopecias & capillorum defluuia ſanat. In coxarijs inueteratis, & profundis articulorum quærelis, ex alto euocandis laudatiſs. remedium. Calidius & ſiccius oleo de piperib, ideoq; non niſi vehementer frigidis vicijs adhibendum. In aurium tinnitu, ſibilo, & hebetiore ſenſu ex frigiditate contracto, tepidum adhibet Galen. 2. compoſ. medic. localium.

OLEVM COSTINUM, Meſuæ.

℞. Coſti amari — vncias duas
Caſiæ ligneæ veræ — vnciam vnam
Summitatum ſampſuchi ſiue maioranæ — vncias octo, (alij duas)
Vini quantum ſufficit
Olei ſeſamini — lib. tres
Trita macerentur biduo, deinde coquantur in duplici vaſe, ad vini conſumptionē.

Vehementer calefacit, ideoq; neruorum ex frigore iniurias propellit, paralyſi confert, neruos roborando, ventriculum, muſculos, tendines, & ligamenta confirmat, obſtructa aperit, præſertim hepatis. Spinæ illitum febrilem rigorem mitigat, capillos tenacius affigit, & mucoſo humore caniciem accelerante conſumpto, eam moratur.

OLEVM EX STYRACE.

℞. Styracis — vncias tres
Olei communis — lib. vnam
Vini quantum ſufficit.
Coquantur in duplici vaſe, ad vini conſumptionem.

Calefacit vehementer & emollit, ob id confert

fert dolentibus à frigore renibus, veſicæ, vtero muſculis, tendinibus, iuncturis, eorumq́ duritics inſigniter emollit. Ad neruorum iniurias & vulnera fotu commodum, Chyrurgis expetitum, ad ſcabiem efficax ſcribit Manardus, addita ellebori albi octaua portione.

OLEVM PAPAVErinum.

℞. Capitum papaueris
Foliorum papaueris
Florum papaueris ana partes æquales
Olei quantum ſufficit.

Inſolato in vaſe vitreo per octiduum, deinde cola, & noua rurſus immitte, idem tertium facito, poſtremo colatũ repone. Norimb. è ſemine vtriusq; papaueris exprimũt.

Intemperiem calidam ſanat, febrium ardores & inſomniam mitigat, fronti, auribus, naribus, & temporibus illitum ſomnum frigore & humiditate conciliat, & febrium ſqualorem præſentem, peruigilij cauſam tollit, impinguat, & aſperam arteriam lenit. Renum doloribus ex intemperie calida medetur.

OLEVM MANdragorę.

℞. Corticum rad. mandrag. libram vnam

Contundantur & coquantur in aqua ſufficienti, & colato decocto adde
Succi Hyoſcyami albi vncias duas
Succi capitum papaueris nigri vncias tres
Succi violarum
Cicutæ tener. ana vnciam vnam
Olei communis lib. duas
Opij

Styracis calamitæ ana vnciam ſemis

Succi cum oleo decem diebus ad ſolem macerentur, deinde coquantur in duplici vaſe ad ſuccorum conſumptionem, & cola colato adde ſtyracem & opium.

Quia non habentur apud nos Mandragoræ poma, ergo loco ſucci mandragoræ pomorum, accipiendi ſunt cortices radicū mandragoræ.

Valet ad omnem inflammationem extinguendam, ſomnum conciliandum, capitis dolores ſedandos, phreniticis, febricitantibus, & vigilantibus conueniens, fronti, temporibus, & naribus illitum. Plantis vero pedum admotum vigilijs fatigatum obdormiſcere facit, vide varias deſcript. apud Norimb. fol. 238.

OLEVM NYMphæatum.

℞. Florum nymphea alborū vncias quatuor

Olei omphacini lib. vnam

Macerentur in ſole diebus decem, deinde exprime, & nouos flores immitte, tertio idē facito.

Vires habet Violati, refrigerat tamen magis, cephalalgiam ex febrium incendio, indeq́ enatum delirium, papauarino mixtum mitigat, inſomniam abigit, vrinæ ardori, intemperaturæ parcium calidæ, renum, eorumq́ ulceri, & veſicæ commodum, illitum aut iniectum. Gonorrhæam arcet, & tentiginem propellit genitalibus illitum. Ex floribus Nymphea luteæ idem paratur & iiſdem viribus præditū eſt.

OLEVM LVMbricorum.

℞. Lumbricorum terreſtrium lib. ſemis

Probe

Probè lauentur in vino, deinde immitantur in olei roſati omphacini lib. duab.
Vini vncijs duab.
Coquantur in duplici vaſe ad vini conſumptionem.

Anodynum eſt, cuius fotu nerui recreantur, ut quotidie in neruorum vulneribus, eorũdemq́ reſolutionib. experimur, etſi quibuſdam id non parum ſuſpectum videtur.

OLEVM DE PIPEribus Meſuæ.

℞. Piperis longi
albi
nigri ana vncias tres (alij drach. tres)
Myrobalanorum chebulorũ
emblicorũ
indorum
ana drach. quinq;.
Belliricos addunt Norimb. 237.
Radicum apij
Fœniculi ana drach. tres ſemis
Sagapeni
Opopanacis
Ammoniaci ana drach. duas ſemis
Turbith drach. duas
Zingiberis drach. tres
Surculorũ hyſſopi vel Thymi
Rutæ viridis ana manip. vnum.

Coquantur ſecundum artem in quantitate aquæ ſufficienti ad tertias.
Colaturæ adde
Olei de cherua lib duas
Et iterum coque ad conſumptionem aquæ. Coudenberg. addit Thymi viridis, manip.

 vnum,

vnum, ad herbarum decoctionem.

Cerebri & neruorum frigidas noxas propellit, quia calefacit, tenuat, terget, diſcutit, foras educit, obſtructa potenter liberat, calculumq; eo nomine diſsipat, Ad paralyſim, ſpaſmum, tremorem, Epilepſiam, uteri, coli, renum, & veſicæ affectus frigidos vtiliſsime adhibetur. Coxarijs & articulorum doloribus medetur. Menſes euocat, & ventriculum imbecillum non temere firmat. In eius compoſ. exemplaria variant, nam quædam legunt trium piperum ana drachmas tres, pro vncijs tribus, & pro Hioſcyamo albo, Ammoniacum. Turbith drachmas duas pro duodecim, & pro folijs caulis, ſurculos hyſſopi recentes, & omnia decoqunt in aquæ libris viginti quatuor ad tertias.

OLEVM TEREbinthinæ.

℞. Reſinæ Terebinthinæ aut Laricinæ lib. quatuor

Pone in capacem retortam ſiue cucurbitam vitream, & per artem deſtillatoriã elice eius oleum, ita ut cucurbita aut retorta arenæ imponatur, primò aũt cum aqua exibit oleũ tenue & clarum, ſecundò aurei coloris, vltimo fuſcum & craſſum, horum vnumquodque per ſe auferto, et reponito.

Frequenter uſurpatur ad neruorum affectus frigidos, cæteriſq; omnibus noxis internis ex frigido contractis opitulatur, anhelatores, Aſthmaticos, & puris in thorace collectiones mirifice iuuat. Colicis cruciatibus vtile, flatuſq; internos potenter diſsipat, cicatricibus gratiam addit, earumq; maculas exterit. Calculum educit & arenas promouet, dyſuriæ & renum offenſsis valde accommodatum. Alium modum parandi, vide apud Norimb. fol. 242.

OLEVM VITELLOrum Ouorum.

℞. Oua recentia numero centum, coquito donec penitus indurentur. Poſtea vitellos eorum

eorum exime, & comminutos aſſa in ſartagine done rufeſcant, & pinguedinem quãdam remittant. Deinde adhuc feruentes pone in ſacculum pilis contextum, & exprime, quodq; expreſſum fuerit oleum repone.

Cutis fœditatem mire aufert, cicatricibus decorem addit, ijs præcipue quæ in ambuſtis relictæ ſunt, aurium, dentium, ſedis doloribus, eiusq́ reliquis affectibus conuenit. Pilos auget, Impetiginem, ſerpiginem, & alia cutis vitia eluit, lentigines & fœdas oris maculas detergendi & reſoluendi vi delet, rhagadijs vtile, fiſſuras manuum pedum & ani ſanat, dolores vlcerum, articulorum, & omnium locorum neruoſorum ſedat, prodeſt quoq; ad aurium dolores & vlcera. Ambuſtis vtile & in membranis Cerebri partes contuſas à ſanis mirum in modum ſeparat

OLEVM SPICAE.

Oleum ſpicæ fit per deſtillationem ex maiori Lauẽdulæ, quæ ſpica vocatur.

Calefacit attenuat ac diſcutit.

Podagricis vtiliſſ. vide Euonymum, fol. 495. & Norimb. 253. qui ex Gallia Narbonenſi petendunm cenſent.

OLEVM STOMACHALE Cratonis, lib. 2. conſil. 113.

℞. Olei Abſinthij lib. vnam
Summitatum Abſinthij manip. vnum
Caryophyllorum
Santali citrini ana drach. duas
Roſarum rubearum
Macis ana drach. ſemis
Maſtiches drach. duas ſemis
Vini odorati lib. ſemis

Coquantur ſecundum artem, & ponantur in ſole.

Hoc vnguentum Crato mirifice prædicat in ventriculi doloribus propterea addere placuit.

OLEVM BALSAMI
Petri Aponenſis.

℞. Myrrhæ
Aloes
Spicæ nardi
Sãguinis draconis
Thuris
Mumiæ
Opopanacis
Carpobalſami
Bdellij
Ammoniaci
Sarcocollæ
Croci
Maſtiches
Gummi Arabici
Styracis liquidæ ana drach. duas
Labdani
Caſtorei ana drach. duas ſemis
Moſchi drach. ſemis
Terebinthinæ ad pondus omnium.

Titis conterendis, miſceantur, & alembico deſtillentur.

Balſamum artificiale veri balſami penuriam ſubſtituit, viribus enim propemodum ad ſingulares Balſami vires accedit, atq; id potiſs. quod hoc loco deſcriptum, ab omnibus ferè Chirurgis vulgo vſurpatur. Hoc miſcebat Aponenſis Theriacæ, Mithridatio, Diacurcumæ, & Aureæ Alexandrinæ, eoq; veri Balſami defectum reſtituebat. Tenuium partium eſt, calefacit, exiccat, terget, & glutinat, quæ munia Chirurgis in curandis vulneribus magnoperc expetuntur. Neruorum vicijs, Paralyſi, cæteriſq; noxis frigidis ſpinæ illitum confert. Quod ſi idem tepefactum inunxeris ante febrium acceſsionem, rigores mire ſubleuat. Cordis tremorem, palpitationem, & ſyncopem ſanat. Hecticos & emaciatos impinguat, addito Rhodoſtagmate occipiti & renibus illitum. Vteri præfocationes & ſtrangulatus iuuat, Comicialibus confert, plurimiſq; alijs affectibus. Triſtes, Melancholicos, animum deſpondentes reficit, Cadauerum putredinem vindicat. Poteſt interdum veri Balſami loco vſurpari à Chyrurgis.

Cinamo-

Cinamomum pro Amoniaco ex alijs exemplaribus addidi. Fuchſius tamen id uſurpat. Multas alias deſcriptiones reperies apud Fœſiū & Fuchſium. Item apud Norimb.fol.258.

OLEVM ARO-
matica,ut:

Oleum Caryophyllorum
Nucis moſchatæ
Aniſi
Fœniculi
Macis
Cinamomi
Succini
Galbani
Ex ligno Guaiaco
Ex melle
Vitriolo
Sulphure
Ladano
Cera
Maſtiche
Stibio
Zopiſſa
Verbaſco
E cannabi
E ranis
E nitro.

Hæc & ſimilia alia Olea, à peritis deſtillari poterunt.

OLEVM NVCIS
Moſchatæ.

Stomachicis frig. & hum. intemperie laborantibus confert.

Ori ventriculi inunctum mire eum roborat, deglutitum calefacit mediocriter, & anhelitum commendat. Illitum veneris tentiginem excitat.

Vſus eo eſt creberrime Helidæus de Paduanis Medicus Bonon. celeberrimus præceptor olim meus.

OLEVM SVL-
phuris.

Tenuium eſt partium & inter attrahentia medicam,

medicam.præſtantiſsimum, quo demerſum corpore hydrargyrum foras elici volunt, ſtatim illito à balneis Scabiē, Lepras, & cutis fœditates ſanat, ut ſulphur illitum, & potum, vehementius tamen. Morbo Gallico adhibetur efficaciter, fiſtulis utile & oris maligna vlcera primo aut ſecundo contactu percurat. Modum parandi vide apud Fæſium, qui eius olei genus nobiliſs. & ad aſſumendum tutiſsimum refert, quo quidam velut arcano ad comicialem morbum intro ſumpto vtuntur.

PETRELAEON.

Non eſt niſi Naphtha Babyloniorum. Calefacit ſiccat, eſſentiæ tenuitate in altum penetrat, diſcutit, ac proinde materiam omnem excrementoſam abſumit. Epilepſiæ, Reſolutioni, vertigini, oblinioni, lienis, renum, Veſicæ, uteri, neruorum, articulorum omnium, aliarum item partium neruoſarum doloribus frigidis auxiliatur. Optimum eſt ſub albidum. Rufum minus bonū, Nigrum deterrimum. Dicitur Arab. Ol. Philoſophorum naturale. Italis Petroleum, vide Norimb. 254.

OLEVM VITRIOLI.

Eius guttæ paucæ miſcentur ſyrupo alicui, ſaccharum & penidia adduntur donec craſſeſcat electuarij inſtar, & acidiſsimo ſapore fit. Huius δόσις *eſt, ad piſorum duorum aut trium magnitudinem, conuenit autem melius ſtomachi, ventriculi, & inteſtinorum affectibus hoc modo, quam in potu, & magis placet etiam. Aluum mouet, nauſeabundis, & ſtomachicis illico ſubuenit, ut iam aliquoties ſum expertus. Conrad. Geſsuerus in epiſtola quadam ad me.*

OLEVM E FLORIbus verhaſci.

Fit inſolatis in vaſe vitreo (ut etiam è floribus Roriſmarini) ad podagricos & alios dolores præſertim calidos laudatiſs. commendatur etiam in hæmorrhoidibus. Vide Euonymum 496.

OLEVM RANARVM.

Refrigerat, ob id podagram & alias Arthritidis ſpecies calidas mitigat, & incendium febrium ardentium, fronti & temporibus illitum, & ſomnum conciliat, præparandi modus eſt apud Meſuem.

Plura alia & precioſiora reperies in Antidotario Norimbergenſium Med. opera & ſtudio clariſs. viri D. Ioachimi Camerarij collecta & conſcripta, Anno ſalutis 1592.

VNGVENTA.

VNGVENTVM Apoſtolorum, Auicennæ.

℞. Terebinthinæ
Reſinæ
Ceræ albæ
Ammoniaci ana drachmas quatuordecim
Ariſtolochiæ longæ
Thuris maſculi
Bdellij ana drach. ſex
Myrrhæ
Galbani ana drach. quatuor
Opopanacis
AEruginis ſeu floris æris (Viridæis) ana drach. duas
Lithargyri drach. nouem
Olei communis, ſi æſtas fuerit lib. duas
Sin hyems lib. tres.

Aceti quantum ſufficit, ad Ammoniacum, Galbanum & Opopanacum diſſoluenda.

Sic dictam quod ex duodecim conſtet ſimplicibus. Vſu frequens ac vulnera & vlcera difficilia, cuniculoſos ſinus, & fiſtulas, ſordidaq; vlcera emendat, purgat, exiccat, & deterget, & exeſa putrilagine carnem reſtaurat, duram emollit, & plagas ſanat. Vnguentum iſtud cum Venere antiquorum conſentit, quo vſi ſunt attrahendo, molliendo, glutinando, & conira ferarum morſus. Modus parandi talis eſto. Bdellium ſi molle eſt, Ammoniacum, Opopanacem cum aceto macerabis nocte vna, poſtridie calefac, cola, iterum pende, & ponderi horum legitimo Terebinthinam permiſce. Lithargyrum autem in oleo nutries aliquandiu ſine igni friatum. Oleum æſtate ſit librarum duarum hyeme trium. Poſtea igne trade, vbi calet ceram immitte, hac liquata igni aufer. liquores paratos miſce, vbi refrixit reliquorum pulucrem paulatim adijce. Bdellium ſiccius quale nobis adulterinum eſt, ut cætera terendum & aſpergendum.

VNGVENTVM INfrigidans Galeni.

℞. Olei roſati omphacini lib. vnam
Ceræ albæ vncias tres

Ceram in oleo liquabis, & ſæpius aqua frigida lauabis, donec albeſcat, poſtremum aqua roſacea lauabis, & paulũ aceti roſati addito.

Vbicunq; refrigeratione & humectatione opus eſt eius vſus eſſe poterit. Hecticis confert, & Renum dolori à cauſa calida prouenienti.

VNGVENTVM Pectorale.

℞. Olei amygdal. dulcium vncias quatuor
Olei chamæmelini
Olei violati ana vncias tres
Butyri recentis vncias ſex
Adipis gallinæ
anatis ana vncias duas
Iridis drach. duas
Croci drach. ſemis
Ceræ albæ vncias tres

Ceram & adipes in oleis liquato, deinde ſæpius lauato aqua capillorum veneris, aut aqua hordei. His probè lotis, adde Iridem & Crocum in tenuiſſimum puluerem redacta.

Laterum dolores & pectoris mitigat, tuſſim ſedat, maturat, excreationem iuuat & expectorat, humores craſſos digerit & attenuat. Varia & multiplex vnguenti huius formula, quæ vt plurimũ mucilagine, adipibus, & oleis conſtat.

Aliam deſcript. habent Norimb. fol. 230. tamen hanc ipſam quoque commendant.

VN-

VNGVENTVM AGRIPpæ, ex Nicolao.

℞. Rad. Bryoniæ lib. duas
Rad. Cucumeris aſinini libram vnum
Laminarum ſcyllæ albæ lib. ſemis
Rad. Ireos vncias tres
Filicis maris
Ebuli
Tribulorum aquaticorum ana vncias duas
Ceræ albæ vncias quindecim
Olei albiſſimi lib. quatuor

Radices omnes iſtæ recentes, lotæ, inciſæ, & contuſæ, macerentur in oleo per dies octo. Deinde coquantur, poſtea exprimantur, & in colato oleo & expreſſo reſoluatur cera, & fiat vnguentum ſecundum artem.

Ad regem Agrippam autorem compoſitionem referunt. Ad quæ ſuffuſiones, partium tumores laxos ſeu œdemata, neruorum contractiones valet. Nephriticis ſuccurrit, & ventri illitum aluum mouet, ſtranguriam ſedat. Ad lienoſos quoq; & ventrem dolentes eſt vtile.

De Tribulis vide Norimb. fol. 216.

VNGVENTVM AREgon, Nicolai.

℞. Roris marini
Maioranæ
Radicis Iari (id eſt, verę ſerpentariæ.) vel Ari
Serpilli
Radicis cucumeris aſinini
Rutæ ana vncias quatuor ſemis
Foliorum lauri
Saluiæ

Sabinæ

Rad.Bryoniæ ana vncias tres

Pulicariæ maioris (id eſt, Co-
(nizæ
minoris ana vncias
quatuor

Laureolæ (pro eo radicum vel
foliorum Cocci gnidij) vn-
cias nouem (alij quatuor
ſemis)

(*Laureola planta eſt ſimilis Thymeleæ, .i. Plantæ in qua naſcitur Coccognidium, Norim.* 217.)

Folio.cucum.aſinini (deeſt in
Nicol.)

Calamenti ſeu Nepetæ ana
vncias ſex. (alij tres)

Maſtiches

Olibani ana drach. ſeptem,
Norimb. ſex. (alij vnciam
vnam ſemis

Pyrethri

Euphorbij

Zingiberis

Piperis ana vnciam vnam,
(alij drach. quatuor ſemis)

Olei moſchellini vnciam
ſemis

Olei communis lib. quinque,
Norimb.7.vel 8. aut q. ſ.

Adipis vrſini

Olei laurini ana vncias tres

Petrolei clari vnciã vnam

Butyri vncias quatuor
aut quantum ſatis eſt.

Herbæ & radices, Maio menſe collectæ, in oleo & vino ſ. q. macerẽtur diebus ſeptem, deinde coquantur & colentur. colato oleo adijce reliqua, atque adde in fine:

Ceræ

Ceræ lib.vnam, vncias tres.
Miſce.

Numeratur inter quatuor vnguenta calida, ideoq́ corporis vicijs frigidis prodeſt, conuulſioni, paralyſi, Tetano, & neruorum diſtentioni. Spinæ & Renum dolores, ac Colicos cruciatus ſanat, ad omnem ſtomachi et vẽtris dolorem valet, & vterina mulierum mala, quartanas & morbum Comitialem. Articularios morbos iuuat, & rigores febrium ſpinæ illitum diſcutit. Eo frequenter ad ſcabiem ex lue Venerea vtimur. Moſchelinum oleum ſi deeſt, rutaceo aut Laurino vtendum potius quam Balanino.

VNGVENTVM MARtiaton, Nicolai.

℞. Foliorum lauri
Roriſmarini ana vncias octo
Rutæ vncias ſeptem
Tamariſci folioruw vncias ſex
Ebuli (non Eſbrij)
Sauinę
Balſamitę (id eſt mentæ aquaticæ)
Saluiæ
Ocymi maioris
Polij veri mõtani ſeu Cretici
Calaminthæ montanæ
Artemiſiæ
Enulæ
Betonicæ
Brancæ vrſinæ Acanthi veri ſi haberi poteſt
Spargulæ (id eſt, Gallij) Aparinen alij)
Herbæ venti (id eſt, parietarię.
Pimpinellæ (pro ea accipiatur hic ſanguiſorba aut noſtra Germanica potius.)
Agrimoniæ
Abſinthij
Herbæ paralyſis (ſeu S. Petri id eſt, primulæ veris.)

Herbæ S. Mariæ, id eſt perſicariæ, pro Herba S. Mariꝫ, aut Coſto herba Fuchſ. intelligit Mentham Saracenicum & Romanam dictam vnſer frawen müntzen. alij mentham Rom. vel Græcam ſubſtituunt.

Cimarum Sambuci

Herbæ craſſulæ, id eſt, fabæ inuerſæ

Semperuiui, Sedi maioris

Mille folij

Semper viui minoris

Chamædryos

Centaureæ

Centum neruiæ (id eſt, Plantaginis maioris)

Fragulæ ſeu Fragariæ.

Tetrahit (id eſt, herbæ Iudaicæ vel orobi. quibuſdam deeſt.) Syderitidis alij.

Quinq; folij ana vncias quatuor

Radicum altheæ

Cymini

Fol. Myrti veræ ana vncias tres

Fœnugræci vnciam vnam ſemis

Butyri vnciam vnam. drach. duas

Sem. Vrticæ maioris

Violarum

Papaueris albi

Mentaſtri ſeu menthæ agreſtis, ſeu Sarracenicæ, ſeu Criſpæ (deeſt alijs)

Lapatioli, id eſt, acetoſæ.

Lapacij acuti

Poly-

Polytrichi (Adianthi potius)
Carduncelli,id eſt,cardi benedicti. Cardiacam herbam ponit F.
Matriſſyluæ, id eſt, caprifolij. Periclymeni.
Maturellæ (id eſt, Valerianæ) deeſt alijs.
Herbę moſchatę ſeu Acus paſtoris, (prima ſpecies Geranij odorati, Storchenſchnabel.
Alleluiæ, (id eſt,trifolij acetoſi) deeſt F.Oxydis
Hemionitidis ſeu linguæ ceruinæ. Phyllitidis alij.
Criſpulæ (pro eo buphtalmi ſeu Cotulæ non fœtidæ) ſiue matricariæ.
Camphoratæ (id eſt,abrotani fœminæ ſeu abſinthij Pontici)
Medullæ ceruinæ
Styracis calamitę ana vnciam ſemis
Adipis vrſini
gallinacei
Maſtiches
Thuris ana vnciam vnam
Olei nardini vncias duas
Ceræ lib.duas

Herbæ omnes Maio menſe colligantur, & inciſæ macerentur Vino odorifero per dies ſeptem, octauo deinde die coquantur ferè ad vini cōſuptionem. Adde olei communis quantum ſufficit aut libras octo.

Coquan-

Coquantur rurſus donec conſumatur vinum, mox adde ceræ circiter libras duas & reliqua, ſecundum artem. Vide annotationes P. Coudenberg. in vng. Martiatum paruum, Nicolai Alexandrini.

Butyrum, medulla, adipes, Styrax, Maſtiche, Thus, Oleũ Nardinum adduntur in fine decoctionis. Reliquæ herbæ infunduntur oleo & vino, ſimulq; decoquuntur, alias ambuſtæ herbæ nigreſcerent, ſi ſolo vino decoquerentur.

Valet ad frigida corporis mala, capitis refrigerationem, thoracis, ſtomachi, iecoris, lienis, aliosq; dolores, à frigore natos. Conuulſioni utile eſt, neruorum reſolutiones & coxarios iuuat, tumores & duricies emollit, Lieni indurato præcipue confert, ad Lienoſos enim & hydropicos expertam habet commendationem, liuorem cutis emendat, neruorum & articulorum tumores frigidos diſcutit, eorumq́ dolores ſedat.

Pro Maiorana ſeu Esbrio Ebulum legendũ cenſet Fuchſius ex græco. Pro ſpargula idem Aparinem ponit. Pimpinellam noſtram Germanicam potius ſumendam cenſet, quam ſanguiſorbam Craſſula herba ſemperuiuum minus eſt.

Pro herba S. Mariæ aut Coſto herba Fuchſ. intelligit Mentham Sarracenicam & Romanam dictam, noſtris vnſer frawen müntz.

Pro Mentha Sarracenica vero agreſtem, id eſt Mentaſtrum intelligendum cenſet, Criſpa deeſt Fuchſio eſt tamen in exemplar. Nicolai Meſue additis.

Fragula, id eſt fragaria.

Tetrahit deeſt Fuchſ. eſt in latinis Meſ. ſeu Nicolai codicib. poteſt tamen libere omitti.

Pro Myrti lege Myrrhæ ex græco.

Lapathioli Fuchſ. Oxylapathum ſubaudiendum cenſet, id eſt, lapacium acutum.

Carduncelli quidam Erigeron, alij Carduum Benedictum intelligunt. Fuchſius Cardiacam herbam.

Pro Polytricho Adianthum ſeu Capillus Veneris, aut Trichomanes ſumendum.

Alleluia deeſt Fuchſio, qui flores Chamæmeli ſubſtituit, eſt tamen in latinis.

Lingua ceruina Hemionitis eſt, non Phyllitis, pro ea ſubſtitui poteſt Aſplenon ſeu Ceterach.

Criſpula

Criſpula Buphthalmus eſt, ſeu Cotula non fœtida.

Camphorata eſt Abrotonum fœmina, id quod nos Abſinthium Ponticum vocamus.

Herbæ recentes inciſæ vino odorifero diebus ſeptem infundantur, octauo die addito oleo communi, omnia ſimul decoquuntur ad vini conſumptionem (ſi ſolo vino decoquerentur herbæ tum comburerentur & nigreſcerent) Amotum ab igne colatur, atq; rurſus in lebetem oleum inijcitur, cui poſtquam lento igne parum concalfactum fuerit, inijce Butyrum, Medullas, adipes, ſtyracem, Maſtichem, Thus, & oleum Nardinũ, poſtremoq; omnium ceram, & omnibus lento igne diſſolutis, aufer tandem ab igne & in vaſe reconde. Vide cenſuram Norimb. fol. 220. ibidem & Nicolai Alexandrini, Marciatum magnum.

VNGVENTVM Anodinum.

℞. Olei liliorum alborum
Anethini (vncias ſex
Chamæmelini ana
vncias duas
Olei amigd. dulciũ vnciam
vnam
Pinguedinis anatis
gallinæ ana vncias duas.
Ceræ albæ parum.

Dolores quacunq; corporis parte mitigat, vnde nomen quoq; traxit.

VNGVENTVM ad Vermes.

℞. Succi Abſinthij
Abrotani
Centaurij minoris
Perſicariæ (boris
Foliorum perſici ar-
Lupini
Rad. ebuli ana drach.
vnam
Succi porri vncias duas
Naſturtij aquatici libram
Balauſtiorum drach. vnam

Olei abſinthij lib. vnam ſemis
Ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Aliam deſcript. habet Fuchſius, quæ & aloen, & fel taurinum recipit, quem conſule. Verum hac ipſa deſcript. vtuntur Florentini in qua vrbe creberrime ad vermes vſurpatur Norimb. 235.

VNGVENTVM ad Oculos.

℞. Butyri recentis vncias quatuor
Ceræ albiſſimæ vnciam vnam
Liqua & laua ſæpius aqua roſacea & prunorum, & adde
Turiæ præparatæ vnciam ſemis
Camphoræ ſcrup. duos
Fiat vnguentum.

ALIVD VNGVENTVM Nihili ad oculos.

℞. Tutiæ præp. vnciam vnam
Corall. rub. præp.
Matris perlarum ana vnciam ſemis
Nihili albi vnciam vnam
Camphoræ drach. vnam
Pinguedinis porci ſine ſale lotæ in vino libram vnam.
Fiat vnguentum.

VNGVENTVM è Calce.

Calcem viuã ſingulis diebus ſemel lauabis, & in fundo reſidere permittes, & aquã ſpongia exprimes, decem diebus cõtinuis, deinde aqua roſacea lauabis, & ſiccari ſines.
℞. Huius calcis ita præp. vncias tres.
Olei

Olei roſati lib. vnam
Ceræ albæ vncias tres
Ceram in oleo liquato. Huic ab igne exemptæ, & iam conceſcere incipienti, calcem leuiſsimè tritam admiſceto, & reponito.

Aliud ἐυπόριςον, Calci viuæ ſuperinfunde aquam puram, cui mox detractæ adde tantundem olei com. & agita ſimul donec fiat vnguentũ, ambuſta feliciſs. inter initia percurat. Aliud ad ambuſta ex corticibus medijs Sambuci refert Fœſius ſect. XI.

VNGVENTVM DE Artanita Maius Meſuæ.

℞. Succi Artenitæ ſeu cyclamini lib. tres
Cucumeris agreſtis, ſeu aſinini
butyri vaccini ana libram
Olei Irini libras duas
Pulpæ colocynthidis vncias tres habent Norimb. nos quatuor
Polypodij vncias ſex
Euphorbij vnciam ſemis

Contundenda terantur, & macerẽtur ſuccis & oleis diebus octo in vaſe vitreo. Poſtea ſemel feruefac in duplici vaſe, cola, colaturę adde
Sagapeni drach. ſeptem ſemis
Myrrhæ drach. tres
Diſſoluantur hæc in aceto, & coquantur in prædicta colatura ad ſuccorum conſumptionem, deinde adde
Ceræ vncias quinq;
Fellis Taurini drach. 7. ſemis.
Norimb. trach. ſex. ſcrup. duos

Feruefac ſimul, donec cera liqueſcat, tunc inſperge paulatim puluerem ſubſequentium medicamentorum.

Scammonij
Aloes
Colocynthidos
Mezerei
Turbith ana drach. ſex. ſcrupulos duos, nos ſeptẽ ſemis
Salis gemmæ drach. quatuor ſemis, vel aureos tres
Euphorbij
Piperis longi
Zingiberis
Chamæmeli ana drach. tres, alij duas, ſcrup. duos

Miſce, fiat vnguentum.

Illitum ſtomacho vomitu purgat, hypogaſtrio autem inunctum, aluum deijcit: ob id hydropicos mire iuuat, ſeroſum excrementum large euacuando. Vermes quoque necat & educit. Adhibetur ijs qui purgans medicamentum ſumere nequeunt. In ponderib. hiſce obſeruandis non fuimus vſque adeo curioſi, præſertim in vnguentis.

VNGVENTVM ROſatum Meſuæ.

℞ Axungiæ porcinæ lib. vnã.
Lauentur nouies aqua calente, & toties frigida, deinde addito
Roſarum rub. recentium libram vnam

Probe terantur, & marceſcant ſimul dieb. ſeptem, poſtea coquantur cum facilitate, et rurſus cum tantundem roſarum rubearum terantur, & dimittantur per alios dies ſeptem marceſcere. Idem reiteretur tertio.

tertio. Quarto autem præter roſas affunde.

Succi roſarũ rub. vncias ſex.
Olei amygd. dulcium vncias tres

Coquantur lento igne ad ſuccorum conſumptionem.

Quidam parũ opij in aqua roſarum colliquati inter decoquendum inijciunt.

Vſu frequentiſsimum ad phlegmonas, ignem ſacrum, vlcera ſerpentina, & cephalalgiam calidam Ventriculi & Iecoris intemperiem calidam mitigat, Renum ardoribus & hæmorrhoidum inflammationi ſalubre. Cor roborat. In ipſius compoſit. ſufficiunt olei amygdalarum dulcium vnciæ tres. Vide modum præparandi ex Coſtæo, apud Norimb. fol. 230.

VNGVENTVM violatum.

Fit ut roſatum, ſed ex violis nigris.

VNGVENTVM ALBVM, ſiue de Ceruſſa dictum Auicennæ.

℞. Lithargyri albi loti drach. quatuor
Ceruſſæ aqua roſ. lotæ drach. viginti
Ceræ albæ drach. viginti octo
Olei roſati vncias octo
Albuminum ouorum numero quatuor

Ceræ liquatæ in oleo roſato lento igne, inijce ceruſſam & lithargyrum probè contrita, miſce, & poſtremo adde albumina ouorum.

Commendatur ad ambuſta, eryſipelata, ſcabiem, & cutis vitia à ſalſa pituita, & bile vſta enata, ad prurigines & puſtularum eruptiones, acrem ſerpiginem, attrita, & intemperiem vlce-

rum calidam, præcipueq́ valet ubi calor eſt, vſtio & excoriatio.

Aliam campoſit. habent Norimb. fol. 222.

VNGVENTVM ALbum Camphoratum.

℞ Olei roſati vncias decem vel lib. vnam ut habet Cord.
Ceræ albæ vncias tres
Ceruſſæ vncias duodecim
Albuminum ouorum numero ſex.
Camphoræ diſſolutæ cum aqua roſarum drach. duas
Fiat vnguentum ſecundum artem.

Ad prædicta valentius eſt, propter Camphoram, pro qua ſemperuiui ſuccum, ut in omnibus reliquis Fuchſius ſubſtituit. Priora exemplaria legebant Olei Roſacei libras decem, ſed reponendæ ſunt vnciæ decem, ſeu libra vna ut habet Cordus.

VNGVENTVM RVbeum, ſiue de Minio Camphoratum.

R. Olei roſati lib. vnam ſemis
Lithargyri vncias duas
Minij vncias tres.
Ceruſſæ vnciam vnam ſemis
Tutiæ
Camphoræ ana drach. tres
Ceræ albæ, æſtate vncias duas
hyeme vnciam vnã

Liquatam cerã cum oleo, lento igne, miſce in mortario plumbeo, cum reliquis rebus tenuiſſime tritis.

Refrigerat, & ſiccat potentiſſime, ideoq́ ignibus facris fœliciſſ. adhibetur, cancros ſanat, et exedentia vlcera, quæ humorum acrimonia ſerpũt, eam namq; ſua frigiditate obtundit. Eiuſdem facultatis cum vnguent. de plumbo, cuius deſcript. vide apud Fœſium XI. de vnguentis ſectione.

VNGVENTVM DE Tutia, Nicolai.

℞. Olei

℞.Olei Roſati
Ceræ albæ ana vnciam vnam ſemis
Succi ſolani drach. duas
Ceruſſæ lotæ vnciam ſemis
Plumbi vſti & loti
Tutiæ præp. ana drach. duas
Thuris drachmam vnam.

Ceram liqua cum oleo, lento igne, & in pilam plumbeam inijce, additis quæ terenda ſunt, in tenuiſſimum puluerem redactis, moue continuo, & paulatim ſuccum ſupradictum inſtillato, perpetuo mouendo ſex horis continuis.

Deffert ab vnguento Diapompholygos quod ſequetur, in eo, quod hoc Cadmiam fornacum botrytim dictam recipiat, noſtris Tuciam appellatam, alterum verò Pompholyga, id eſt, nil album dictum. Eiuſdem penè facultatis ad exiccanda Eryſipelata, vulnera ſordida, & ſananda tibiarum ulcera, cauaq́ explenda, & cicatricem ducendam. In putridis & cancroſis vbi feruor aliquis eſt, ſumma fiducia vſurpari debet, quod nulli veterum compoſitioni cedat.

VNGVENTVM DE Lithargyro.

℞. Lithargyri vncias duas
Ceruſſæ vnciam ſemis
Aceti vnciam vnam
Olei roſati quantum ſatis eſt.

Fiat vnguentum lento igne. Poteſt etiam fieri crudum in mortario plumbeo.

Prodeſt ſcabiei, & cutis vlceribus, pruritum & deſquamata iuuat, ſiccat ſine morſu, ſarcoticum eſt & epuloticum, difficiliaq́ vlcera perſanat, & cruenta glutinat. Litharg yrus namq; vino aut aceto trita & ſiccata vulneribus medetur, quæ ob humiditatem vix cicatrice claudun-tur, qua ſi elota vtaris, roſionis omnino expers fiet medicam. Vide Norimb. fol. 235.

VNGVENTVM ad ſcabiem.

℞. Styracis liquidæ vnciam vnam
Terebinthinæ lotæ
Butyri loti ana vncias duas
Succi limonum vnciam vnã ſemis
Ceruſſæ lotæ vnciam vnam
Salis vncias duas. Miſce.

Hæc duo vnguenta tutiora multo ſunt ijs quæ hydragyron recipiunt, & multæ inſuper aliæ ſunt, & diuerſæ compoſitiones. Florentinorum hæc eſt compoſitio, addito Helleboro nigro, & omiſſa Ceruſſa.

ALIVD PRO Pueris.

℞. Terebinthinæ benè lotæ vncias quatuor
Butyri loti vncias duas
Salis vnciam vnam
Succi citrangulorũ, aut arantiorum vnciam ſemis
Vitellos ouorum numero tres
Olei roſati vnciam vnam

Miſceantur omnia ſimul, fiat vnguentum.

VNGVENTVM Potabile.

℞. Butyri recentis ſine ſale lib. vnam ſemis
Rubeæ tinctorum
Caſtorei
Spermatis ceti
Tormentillæ ana vnciam ſemis.

Bulliant ſimul in vini odorati ſufficiente quantitate, ad vini

vini conſumptionem, ac fiat vnguentum ſecũdum artem.

Præcipitatos iuuat, eorumq; qui ex alto ceciderunt vulnera interna glutinat, magni uſus apud claßiarios Oceani ſeptentrionalis, datur ab vncia ſemis ad integram.

VNGVENTVM FVſcum, Nicolai.

℞. Olei lib. vnam ſemis
Ceræ nouæ vncias quatuor
Picis græcæ Colophoniæ
Nigræ ſeu naualis
Sagapeni ana vncias duas
Maſtiches
Galbani
Thuris
Terebinthinæ ana vnciam vnam

Fiat vnguentum.

Dicitur & nigrum, vulnera repurgat, & inter ſarcotica Chyrurgis uſurpatum, multa habet vnde emolliat & concoquat, carnem creat, putridamq; depaſcit.

VNGVENTVM DIALthea ſimplex, Nicolai.

℞. Radicum Altheæ lib. duas
Seminis lini
Fœnugræci ana lib. vnam
Olei lib. quatuor
Ceræ lib. vnam
Terebinthinæ vncias duas
Reſinæ vncias ſex

Radices & ſemina contuſa, macerentur tribus diebus, in aquæ libris octo, aut quantum ſufficit, quarta die coquãtur donec remittant craſſam & viſcoſam mucilaginẽ, eam deinde exprime mox.

℞. Expreſſæ mucilaginis lib. duas

Coque cum oleo, & cum deindeaquoſum illud in mucilagine conſumptum fuerit, ceram addito, & fac ſecundũ artem.

Vſu celeberrimum ad emolliendum, calfaciendum, & humectandum. Pectoris dolorem ex frigore contractum delet, laterumq́ doloribus feliciſs. adhibetur, per ſe aut etiam cum butyro illitum. Viſcerum duricies laxat. Splenicis & Hepaticis adhibetur, & ſtomachi inflationes diſcutit. Valet ad neruorum incontinentiam & duriciem, eoſq; preciſos glutinat, vulnera claudit, reſolutis neruis benefacit & perfrictis partibus, imprimis tamen veſicæ ad ignem illitum, periodicasq́ febres abolet. Emollit, lenit, concoquit, incidit, digerit.

VNGVENTVM DIalthęa compoſitum Nicolai.

℞. Rad. Altheæ	lib. duas
Sem. Lini	
Fœnūgræci	ana lib. vnam
Scyllæ recentis	vncias ſex
Olei	lib. quatuor
Ceræ	lib. vnam
Terebintinæ	
Gummi Hederæ	
Galbani	ana vncias duas
Colophoniæ	
Reſinæ	ana vncias ſex.

Radices & lini ſemen cõtuſa macerẽtur tribus diebus in ſufficiente quantitate aquæ, deinde coquantur donec craſſeſcat mucilago poſtea.

℞. Mucilaginis expreſſæ lib. dūas.

Et adde reliqua, & fac ſecũdum artem vnguentum.

Refrigerata calefacit emollit & humectat.

VN-

VNGVENTVM AEGYptiacum, Meſuæ.

℞. Aeruginis, id eſt viride æris drach. quinq;
Mellis drach. quatuordecim
Aceti fortis drach. ſeptem

Coquantur omnia ſimul, donec fiat vnguentũ ſpiſſum & colore purpureum.

Ambroſius Paræus lib. 11. cap. 16. de Gangræna addit alumen Rochæ Vitriolum Roman. & Salem communem.

Valentiſsimum ad ſaniem ſiccandam, ſordes detergendas, & carnem abſumendam. Vlceribus malignis, putrilaginoſis antiquis, & cuniculoſis conuenit, & carnis excreſcentiæ medetur.

VNGVENTVM AVreum, Meſuæ.

℞. Ceræ citrinæ vncias ſex.
Olei boni lib. duas ſemis
Terebinthinæ vncias duas
Reſinæ
Colophoniæ ana vnciam vnam ſemis
Thuris
Maſtiches vna vnciam vnam
Croci drach. vnam

Confice ſecundum artem.

Aureum à colore & precio dicitur. Quibusdam Regis vnguentum. Vulnera tuto & ſaluбriter glutinat, præſertim in corporibus mollioribus.

Modum componendi docent Norimb. fol. 224.

VNGVENTVM CItrinum ſeu Baſilicon Nicolai.

℞. Boracis vnciam (alij. drach duas
Camphoræ drach. vnam
Corallij albi drach. quatuor

 Amen-

Amenti dulcis, id eſt, gypſi capillatas venas habentis vnciam vnam

Vmbilici marini

Tragacanthæ albiſſimæ

Amyli

Cryſtalli

Dentali

Antali

Thuris albiſſimi

Nitri vel ſalis gemmæ ana drach. tres

Alabaſtri veri ſeu Marmoris albi drach. duas

Gerſę ſeu Ceruſſæ ſerpentarię, id eſt, ſerpentariæ veræ pręparatæ drachmã. Norimb. vnciam.

Modum præparandi ijdem docent pag. 273. à noſtro haud ita multum differentem.

Ceruſſæ vncias ſex

Axungiæ porcinæ recentis nõ ſalitæ, ſed mundæ libram vnam ſemis

Seui caprini præp. vnciam vnam ſemis

Adipis gallinacei præparati vnciam

Conficeſic. Axungiã porcinam atque adipem gallinaceum liqua ſimul, & impone tepidis adhuc corticum Citrij mali ſatis magnam quantitatem, & macerentur per menſem vnum. Poſtea eximito cortices, & adde ſeuum caprinum. Deinde addantur reliqua tenuiſſimè trita. Vltimo vero inſperge camphoram & Boracem ſeorſim ſubtiliſſime tritam.

Citrinum

Citrinum officinæ vocant, & de pomis Citri cum potius Citrium dicendum ſit à pomis Citri, vel eorunndem ſucco. Aſpera leuigat, faciei maculas & lentigines exterit, ephelides & ex inſolatu uſtiones factas, ac cicatrices emendat, ruborem oculorum aufert, & puſtulas in cute à ſalſa pituita apparentes ſanat.

Boracis vnciam legebant priora exempla, ſed præſtat ex græco ſumere drachmas duas Chryſocollæ facticiæ quam officinæ Boracem nominant, habet enim calefaciẽdi, diſcutiendi, expurgandi, exterendiue, & exedendi facultatem.

Amenti dulcis: Fuchſius legendum putat Amianti, & ſumendum alumen plumoſum, ſed male. Iacobus Manlius, Gypſum coctum, coquitur autem imponendo ſuper ignem, tamdiu donec album reddatur, quemadmodum fieri ſolet in alumine Roche.

Vmbilici marini, lapis eſt noſtris officinis cognitus & vſitatus, dicitur & Veneris vmbilicus à forma & figura, Germanis Meerbonen. Barbaris, Belliculus Nicolao βελλίριϰος θαλάσσιος.

Antali & Dentali quid ſit, vide ſupra.

Gerſæ ſerpentariæ Fuchſius legendum cenſet Ceruſſæ præparatæ ex Dracontio, eam ψιμμύθιον, *id eſt, Fucum Nicolaus vocat, fit autem hoc modo. Radices Dracunculi maioris, aut in eius penuria Ari uere collectæ, repurgatæ, & ad ſolem ſiccatæ, ſubtiliſſime tritæ, macerantur in aquæ Roſarum vnciis quatuor, deinde inſolatæ in vitrea patina linteolo tecta exiccantur, reiteratur id tertium aut ſæpius. Vltimo ſiccata farina cum vino odoro in paſtillos digeritur, & vſui ſeruatur. Ceruſſæ alterius præp. ex plumbo, ſcilicet nigro, quæ Ceruſſa plumbaria dicitur, & eſt altera Nicolai Ceruſſa.*

Adipis ſuilli libram vnam habet Fuchſius. Quem recentem una cum ſeuo liquat duplici vaſe: eliquatis, & per tenue linteum colatis, trita omnia inijciuntur, & rudicula probe ſubiguntur, ſubacta imponũtur, Citrio uni aut duob. aut plurib. additis & coquũtur ebulitione vna, dein rurſus in lebetem conijciuntur, & additur illis borax, ſeorſim tenuiſſime trita, ſubacta reponantur in vaſe. Sunt qui ſuccum duorum aut pluriũ Citriorum malorum addunt indeq; Vnguent. Citrinum dictum efformant ſecundum artem, eodẽ ferè modo ſuccum cum adipibus ſeuo agitando, vt fit in vnguento Roſato Meſue.

VNGVENTVM POpuleon, Nicolai.

℞. Oculorum populi arboris recentium, lib. vnam ſemis
Axungiæ porcinæ præp. libras duas. Coudenb. tres.

Oculi populi contundantur, & macerētur in axungia, donec ſequentes herbæ colligi queant æſtate.

℞. Foliorū papaueris agreſtis
Mandragoræ
(*duplum Hyoſcyami.*)
Cimarum rubi tenerrimarū
Foliorum hyoſcyami
Solani
Vermicularis, id eſt, ſemperuiuæ minoris.
Lactucæ
Semperuiuæ maioris (Sumatur duplum pro Scatuncello ſeu Cymbalaria ſeu vmbilico veneris)
Bardanæ, Lappæ maioris.
Violariæ
Vmbilici Veneris ana vncias tres

Herbę contundantur, & miſceātur oculis populi & axungiæ, & dimittantur per dies decem, deinde coquantur ſupra lentum ignem in vini odorati ſufficienti quantitate, donec vinum cōſumatur, poſtea colentur & exprimantur, & expreſſum vnguentum reponatur.

Febrium ardoribus cum Roſaceo aut Violaceo conuenit, ſomnum conciliat fronti, temporibus, aut manuum ac pedum pulſibus illitum. Quidam ut vireat magis, & refrigerandi facultate ſit efficacius, coctioni addunt ſolani triti Manipulos duos.

VNGVENTVM DIApompholigos Nicolai, vulgo nihili aut de Tutia dictum.

℞. Olei

℞. Olei roſacei
Ceræ albæ ana vncias ſex
Succi fructus vuæ lupinæ (id eſt ſolani ſatiui) quantum ſatis.
Ceruſſæ vncias duas
Plumbi vſti & loti
Pompholygis
Thuris puri ana vnciā vnam
Confice ſecundum artem.
A Galeniano parum differt vide Norimb. 227.

VNGVENTVM COMI- mitiſſę, Guilelmi de Varignana.

℞. Corticis mediani glandiū
caſtanearum
quercus arboris
Baccarum mirti
Caudæ equinæ, Equiſeti
Gallarum
Corticum fabarum
Acinorum vuarum
Calicum glandium
Sorborum immaturorum ſiccorum.
Meſpilorum acerborum ſiccatorum.
Foliorum prunioli ſylueſtris
Rad. Chelidoniæ,
Tormentillę vel Biſtortę
ana vnciam vnam ſemis

Contundantur aliquantulum, & coquantur in aquæ plantaginis libris octo, aut quantū ſufficit, donec media pars conſumpta fuerit, deinde in colatura lauētur ſequentia, nouem vicibus, ſemper recentem aquā decoctionis affundendo, quotieſcunq; laueris.

℞. Ceræ

℞. Ceræ nouæ vncias octo ſemis
Olei mirtillorum
Maſtichini ana lib. vnã ſemis

Poſtea inſperge ſequentiũ rerũ tenuiſſimum puluerem.

℞. Cort. mediani caſtanearũ
Glandium
Quercus arboris
Gallarum ana vnciam vnam
Succi hypocyſtidis
Cineris oſſium cruris bubuli
Baccarum myrti
Acinorũ vuarũ immaturarũ
Sorborum ſiccorũ ana vnciã ſemis
Trochiſcorum de carabe vncias duas

Miſce, fiat vnguentum bonæ conſiſtentiæ.

Ad menſtrua ſupprimenda & abortum prohibendum concinnatum à Varignana lib. 16. de morbis cur. cap. 4. Fæminarum abundantiam compeſcit, locos muliebres firmat, vterum roborat, & renes laxatos ſtringit, ſi eo inungantur. Hæmorrhoidum ſuperfluum profluuium ſiſtit.

Pro Chelidonij radice cum multa acrimonia ſit prædita, rectius tormentillæ aut biſtortæ radicem adieceris.

Modus compoſ. talis eſto ut Ceræ vnciæ octo cum ol. myrtini libris duabus ſemis diſſoluantur, & lauentur nouies ex aqua plantaginis ſemper aliquid de eo quod eſt colatum affundendo, poſtea pulueres tenuiſs. triti. ceræ & oleo cũ decocto lotis permiſcentur, & oleo Maſtichino non loto, q. ſ. & fiat vnguentum, quo renes, & pecten inungi debent, ad firmandum vterum, & menſium abundantiam cohibendam.

VNGVENTVM ad pediculos.

℞. Sem. Staphiſagriæ vncias duas
Hellebori albi vnciam vnam
Salis

Salis drach.duas
Argenti viui vncias duas
Aceti vini drach duas
Axungiæ porcinæ lib.vnam
Olei laurini vncias nouem
Saponis Veneti lib.ſemis
Fiat vnguentum ſecundum artem.

VNGVENTVM ad Tineam.

℞. Olei roſati
Olei Iuniperini ex ligno ana drach.ſex
Sulphuris viui
Stercoris columbini
Floris æris ana vnciam ſemis
Ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum.

VNGVENTVM MERcuriatum cum Theriaca, D. Adolpbi Occonis.

℞ Butyri vncias duas
Axungiæ porci vncias octo
Theriacæ
Mitridati ana vnciam ſemis
Argenti viui extincti vncias ſeptem
Lithargyri
Salis com. ana drach.ſex.
Croci drach.vnam
Olei vermium terreſtrium
Aquæ vitæ (id eſt, vini ſublimati) ana vnciam vnam
Moſchi grana quinque
Fiat vnguentum.

VNGVENTVM D. GEreonis de Sapone, ad dolores iuncturarum, pro domo pauperum.

℞. Saponis albi & mundi, minutim inciſi vncias tres ſemis
Bulliant in aquæ fumiterræ vncijs ſex
Ebullitione vna facta, adde
Olei de Euphorbio
Hypericone ana vnciam ſemis
Olei Iuniperini vnciam vnā ſemis
Vermium terreſt. vnciam vnam
Bulliant iterum ad conſumptionem aquæ, deinde adde
Maſtiches
Thuris ana drach. tres
Sulphuris viui
Euphorbij
Pyrethri ana dra. duas ſemis.
Miſce, fiat vnguentum.

VNGVENTVM EX Bdellio, Meſuæ.

℞. Bdellij drach. ſex
Euphorbij
Sagapeni ana drach. quatuor
Caſtorei drach. tres
Ceræ drach. quindecim
Olei leucoij drach. decem
Bdellium & Sagapenum diſſoluantur in aqua rutæ, cętera cum aqua calida vniantur, & fiat vnguentum.

Commendatur ad paralyſim & ſpaſmum iam confirmatum. Valenter namq; digerit ac mollit, et neruorum & articulorum tophos diſ-

ſipat,

ſipat, eorundem etiam frigidos affectus iuuat, & membri alicuius reſolutionem ſanat, ad Epilepſiam quoq; plurimum prodeſt.

VNGVENTVM DE ALAbaſtro, Benedicti Victorij Fauentini Bononienſis.

℞. Succi camomillæ vncias quatuor
Succi roſarum recentium vncias duas
Succi rutæ recentis
Betonicæ ana vnciam vnam ſemis
Succi radicum altheæ vncias duas
Olei roſati ompha. lib. vnam ſemis
Alabaſtri puri & puluer. vncias tres.

Infundantur per noctem, & cum cera alba, fiat vnguentũ.

In omni dolore capitis commendatur ſiue per eſſentiam ſiue per conſenſum aſſit febris vel non, ac in omni tempore paroxyſmi excepto principio, Norimb. 232. in dolore acerrimo adde vnciæ ſemis huius vng. opij grana tria. Meminit Hieron. Montuus Anaſceues fol. 49. & Ioan. Langius 956. habet deſcript. ab hac non admodum diuerſam.

VNGVENTVM AD Hemorrhoidas.

℞. Thuris vnciam mediam
Licij
Myrrhæ
Croci ana drach. tres
Opij drach. vnam

Decoquãtur in lactis caprini vncijs quatuor, ad conſumptiõem tertiæ partis cui adde
Mucilaginis pſilij vnciam ſemis

Olei roſacei vncias tres
Vitellum oui vnum.

Miſce, fiat vnguentum.

Magis ſiccans quam id quod habent Norimb. fol.235. quamuis & id quoq; adprobent. Plura alia vnguenta ut Ebulinum de Peto ſeu Nicotianum, Stomachicum & alia ſi quis requirat videat Norimb. medicamentarium fol.232.

EMPLASTRA.

EMPLASTRVM Triapharmacum, Meſuæ.

℞. Lithargyri
Aceti fortis ana vncias tres
Olei communis vncias ſex.

Lithargyrum leuiſſimè tritum, moueatur continuo ad ignem, paulatim affuſis oleo, viciſſim & aceto.

Aliud Emplaſtrum triapharmacum Dioſc. ex oleo cera & ærugine. Vlcus carne implet vide Marantã, fol. 240.

Dicitur & vnguentum de Lithargyro nutrito Meſuæ, ſed quod crudum eſt, nutritum, & ignem expertum, alterum coctum, vocatur. Apud noſtros in emplaſtri forma paratur. Siccat potentiß., vlcera difficilia percurat, fiſtulas quæ nondum callum contraxerint iungit, eoq; parotidas Criticas, quæ iam fiſtulas traheret in pueris, adoleſcentibus, & mulieribus Gal. percurauit.

TETRAPHARMAcon, Galeni.

℞. Picis nigræ
Reſinæ
Ceræ
Adipis vaccini ana vncias duas

Fiat vnguentum.

Idem eſt quod Baſilicon minus

minus Meſuæ, niſi quod oleũ pro adipe habet Meſuæ.

Dicitur Meſuæ Baſilicon minus, & à Gal. compoſ.non differt, niſi quod oleum pro adipe Taurino Meſue ſubſtituit. Solenne ad pus mouendum, inflammationem leniendam, molliendum, tergendum, & glutinandum, ob idq́ recentibus capitis & neruoſarum partium vulneribus & vlceribus eſt aptiſſimum.

DIACHYLON SIMplex, ſiue album Meſuæ.

℞. Mucilaginis fœnugræci
ſeminis lini
radicũ altheæ
ana lib. vnam

Olei veteris clari. lib. tres
Lithargyri lib. vnam ſemis.

Lithargyrum tenuiſſimè teratur, & cum oleo ſubigatur, poſtea igne lento coquatur, ſpatha ſemper agitando, donec probè permixta ſint. Ab igne depoſita, paulatim frigeſcat, poſtea mucilagines affundantur, permiſceantur, & decoquantur ad iuſtã craſſitiem.

Quidam addunt pulueris Ireos vnciam vnam, in libras ſingulas.

Emollit, vnde ad partium duricies reſoluendas & digerendas confert, ſcirrhos Hepatis, Lienis, Ventriculi, viſcerumq́ collectiones, & furunculi reliquias diſſipat & emollit. Strumas quoq; & inueteratos abſceſſus diſſoluit, recentia vulnera inflammatione vindicat, diuiſa glutinat, & quæ inflammantur curat. Superficialia vlcera glutinat ſolutum roſaceo, vel myrtino: Liquatum Chamæmelino neruorum phlegmonem prohibet. Podagricis quouis tempore opitulatur, ad diuturnas & recentes vteri phlegmonas optime peſſario inditum admouetur. Inflãmatione correpta vlcera, ac muſculos vulneratos, citra alterius cataplaſmatis opem aut ſpongias, aut irrigationes curat.

DIACHYLON COMPOſitum, dicitur & Emplaſtrum de Muccaginibus.

℞. Mucilaginis rad. altheæ
ſeminis lini
mediani corticis vlmi
fœnugræci ana vncias
quatuor ſemis.
Olei Chamæmelini
Liliorum
Anethi ana vnciam vnā
ſemis
Ammoniaci
Galbani
Opopanacis
Sagapeni ana vnciam ſemis
Ceræ nouæ vncias viginti
Croci drach. duas
Terebinthinæ vncias duas

Gūmi diſſoluantur in vino optimo, & conficiantur ſecūdum artem.

Dicitur & Emplaſtrum de Muccaginibus maximarum in emolliendo eſt virium, phlegmonas ſanat, & ſaniem ruptorum apoſtematum abſtergit. Hyeme licet Oleorum & Terebinthinæ pondus augere.

DIACHYLON PARuum, Meſuæ.

℞. Lithargyri vncias ſex
Olei veteris clari lib. vnam
Mucilaginis pſylij vncias
quatuor
Mucilaginis ſeminis hyoſcyami vnciam vnam ſemis
Mucilaginis ſeminis lini &
Rad. Altheæ ana vncias duas.
Fiat ut primum.

Eo vtuntur in duris inflammationibus & tumoribus calidis, eos namq; digerit & maturat, & ad

& ad intemperiem calidam mulcendam efficaciſs. eſt, quod per ſe pſyllium & hyoſcyamus præſtant: & ſiccandum digerendumq́, quod cætera ſimplicia.

DIACHYLON MAgnum, Meſuæ.

℞. Lithargyri mundi lib. vnam
Olei Chamæmelini
Irini
Anethini ana vncias 8.
Mucilaginis ſeminis lini
Fœnugræci
Altheæ
Ficum pinguium
Vuarum paſſarũ.
Succi Ireos
Scyllæ
Ichthyocollæ
Oeſypi ana drach. duas ſemis (alij dra. duodecim)
Terebinthinæ vncias tres
Reſinæ pini
Ceræ flauæ ana vncias duas
Fiat ſecundum artem emplaſtrum.

Inflammata & dura ſedando, emolliendo & digerẽdo magis eſt efficax, ideoq; magnũ dicitur.

Priora exempla legebant Oeſypi & præcedentium ana drach. duas ſemis, ſed Meſue & reliqua omnium legunt duodecim ſemis.

Vigonis ad omnia præcedentia multo efficatius.

DIACHYLON CVM gummis, Vigonis.

℞. Radicum altheæ lib. ſemis
Sem. Lini
Fœnugræci ana vnciam vnam
Violarum
Seminis Maluæ
Altheæ
Cydoniorũ ana vnciam (ſemis

Pſilij

Pſilij drach. duas
Rad. Ireos vncias duas
Olei Chamæmelini
Anethini
Liliorum
Lini
Irini ana vncias tres
Pinguedinis gallinæ
Anatis
Anſeris ana vn-
cias tres
Olei amigdalarum dulcium
Oeſipi humidi
Succi glycyrrhizæ ana drach.
decem
Terebinthinæ vnciam vnam
ſemis
Seui vitulini lib. ſemis
Lithargyri auri drach. decem

Bulliant omnia ſimul baculo agitando, vſque ad conſumptionē mucilaginis, deinde cum cera alba, quantum ſufficit, fiat ceratum molle, addendo:

Sagapeni
Opopanacis
Bdellij mollis
Galbani ana drach. tres
Ammoniaci drach. quinq;

Diſſoluta in aceto, fiat emplaſtrum ſecundum artem.

EMPLASTRVM DE Meliloto, Meſuæ.

R. Meliloti vncias ſex
Florum chamæmeli
Fœnugræci
Baccarum lauri
Radicum altheæ

Abſyn-

Abſynthij ana drach. tres
Seminis apij
Cardamomi
Ireos
Cyperi
Spicæ nardi Indicę
Caſiæ ligneæ
Ammios ana drach. vnam ſemis
Maioranæ drach. tres
Ammoniaci drach. decem
Styracis calamitę
Bdellij ana drach. quinq;
Terebinthinæ vnciam vnam ſemis
Ficuum pinguium numero duodecim
Seui Hircini
Reſinæ ana vncias duas ſemis
Ceræ vncias ſex.
Olei ſamſuchini
Spicæ ſeu nardini, ſeu Lauendulæ maioris, quæ hodie ſpica vocatur ana quantũ ſatis eſt, vel vncias tres.
Aquæ decoctionis Meliloti, Fœnugræci, Chamæmeli, ana quantum ſufficit ad infundendum, coquantur ad medias, deinde in colaturam immiſſis triturandis ſubtiliſſime puluerifatis, rurſum coquantur, additis, oleis, terebintina, & ſimilibus, gummiſq; in aceto diſſolutis, poſtremo addantur radices, & ficus ſimul coctæ & bene contuſæ.

Miſce, fiat emplaſtrum.

Malacticum, celebre ad inueteratas durities, iecoris, Lienis, Ventriculi, Viſcerum, & reliqua-

rum partium emolliendas, hypochondriorũ tenſionem laxandam, flatus reſoluendos, & dolorem à frigido ſedandum, eo utimur in materia craſſa & frigida, ut in inguinum bubonibus, ad incidendum, emolliendum, attenuandum, diſcutiendũ. & calefaciendum.

Priora exempla legebant oleorum ana libram vnam, ſed hæc nimia quantitas eſt pro iſta compoſitione, legatur itaq; quantum ſufficit. Poſſunt autem ſingulorum ſufficere vnciæ tres, aut ad ſummum libra ſemis, quamuis ne illam etiam quantitatem requirat.

Formam compoſit. legittimam ex Coſteo vide apud Norimb. fol. 203.

OXYCROCEVM Vigonis.

℞. Oleorum Mirtini
Roſarum
Omphacini ana lib. vnam ſemis
Succi radicum altheę lib. duas
Radicum & foliorum fraxini & conſolidæ minoris
Foliorum myrti ana manip. vnum

Omnia prius aliquantulũ contuſa, bulliant in vino nigro quantum ſufficit ad conſumptionem medietatis, cum
Myrrhæ
Thuris ana vncia ſemis

Deinde fortiter colentur, cuius colaturæ addantur
Seui hircini libram ſemis
Terebinthinæ vnciæ duæ
Maſtiches vncia vna

Iterum cum prædictis oleis bulliant ad conſumptionem decoctionis, poſtmodum colentur addendo
Lithargyri auri
argenti ana vncias tres
Boli armeni

Terræ ſigillatæ   ana vncias duas

Minij   drach. decem

Coquantur lento igne, & cũ cera noua ſufficiente, ſemper baculo agitando, fiat emplaſtrum.

Hoc præſtantius eſt quam ſequens Nicolai, quare iam alteri præfertur & in multis officinis paratur, vtrumq; tamen proſtat.

OXYCROCEVM commune, ex Nicolao.

℞ Ceræ
Picis
Colophoniæ
Croci   ana lib. vnam
Terebintinæ
Galbani
Ammoniaci
Myrrhæ
Olibani
Maſtiches ana vncias quatuor
Aceti phialam vnam.

Galbanum & Ammoniacum in aceto ſufficienti quãtitate diſſoluantur, & rurſum ad lentorem coquantur, donec acetum in vaporem euanuerit, tunc addantur liquefactis ſimul Ceræ, Pici, Colophonię & Terebintinę, poſtquam omnia ſunt commixta, inſpergito etiam Myrrham, Libanum & Maſtichem ſubtiliſsimè trita, poſtremum vero etiam Crocum per ſe in tenuiſſimum puluerem redactum, & fiat ſecundum artem emplaſtrum.

Ad contuſa, oſſium fracturas, neruorum dolores, abſceſſuum inueteratorum duriciem emolliendam idoneum, emplaſticum quoq; & gignendo callo habile. Vigonis ad prædicta efficatius.

Cautæ tamen adhibendum monent Norimb. fol. 205.

Pondera in priori exemplo variabant, ſed Græcus Nicolaus legit, Priorum quatuor ana vncias duas, poſteriorum ſex, ana drach. quinque ſemis. Vide Antidotarium VVeckeri fol. 377.

EMPLASTRVM APOſtolicon, Nicolai Alexandrini.

℞. Lithargyri vncias ſedecim (alij ſex, ut & Norimb.)
Ceræ luteæ
Colophoniæ ana vncias duas
Propoleos
Viſci quercini glutinis ex baccis ana vnciam vnam
Ammoniaci
Lapidis calaminaris
Thuris ana drach. ſex.
Maſtiches
Mumiæ ana vnciam vnam ſemis
Terebinthinæ
Galbani
Bdellij
Myrrhæ
Aeris vſti
Sarcocollæ
Squamæ æris *Keſſelbraun.*
Opopanacis
Dictamni cretici
Ariſtolochiæ rotundæ
Viridis æris ana vnciam vnã
Olei veteris quantum ſufficit.

Epiſpaſticum potius dicendum erat, nam calamos, ſurculos, & ſpicula corporis alto infixa, & omnia venenata extrahit, confert ad ſtrumas recentes, frigidos & diuturnos abſceſſus, viſcerum tumores, præciſos & punctos neruos, ad recentia vulnera, ad phygetla, carcinomata, & ceruicis ex fri-

ex frigida cauſa dolores, Strumas aperit, abſceſſus rumpit, purgat, & glutinat, cicatrices extenuat. Splenis duriciem emendat, articulorum & genuum ex influxu dolores ſedat, Valet ad mammarum collectiones, eryſipelata, & fiſtulas iniectum, impoſitum etiam morſibus venenatis, aut rabidorum animalium medetur. Confert ad vetuſta & diuturna ulcera, putredines, ſinus, hæmorrhoidas, ſedis vitia, condylomata, rimas ani, carbunculos, impetigines, inteſtinorum ramices, pudendorum depaſcentia vlcera, cum roſaceo iniectum, cum quo etiam ad muliebria mala peſſo ſuppoſitum confert. Pondera variant apud Norimb. fol. 205. ibidem vide quid ſit Propolis.

EMPLASTRVM ALbum coctum.

℞. Olei	lib. duas
Ceruſſæ	lib. vnam ſemis
Ceræ albę	vncias quatuor

Coquantur ſecundum artē, & fiat emplaſtrum.

Dicitur & emplaſtrum de Ceruſſa, & ſola coctione ab vnguento albo differt, ut & vnguentum triapharmacum & tetrapharmacum, coctuvræ modo in emplaſtra tranſeunt. Intertriginibus quacunq; ex cauſa ſuccurrit, & leues cutis exulcerationes ſanat.

EMPLASTRVM GRIſeum, de lapide Calaminari.

℞. Lapidis calaminaris præp.	vnciam vnam
Lithargyri	vncias duas
Ceruſſæ	vnciam ſemis
Tutiæ	drach. vnam
Terebinthinæ	drach. ſex
Ceræ albæ	vnciam vnam ſemis
Seui ceruini	vncias duas
Thuris electi	drach. quinq;
Maſtiches	drach. tres
Myrrhæ	drach. duas.
Camphoræ	drach. vnam ſemis

Confice ſecundum artem.

Vlcera explet,ſiccat,& cicatrice claudit.

EMPLASTRVM
Baſilicum maius.

℞. Ceræ albæ
Reſinæ pineę
Seui vaccini
Picis græcæ
Nigræ
Terebintinæ
Thuris
Myrrhæ ana vnciam vnam
Olei cōmunis quantum ſuffi-
cit,fiat emplaſtrum.

Vlcera phlegmone carentia præſertim partium neruoſarum terget & carne implet, vt & ſequens.

EMPLASTRVM
Baſilicon minus.

℞. Ceræ flauæ
Reſinæ pineæ
Picis græcæ ana lib. vnam
Olei cōmunis quantum ſuf-
cit,fiat emplaſtrum.

Alij Terebintinam addunt, alij verò Terebintinam picis loco ponunt.

Vlcera,phlegmones expertia, partium maxime neruoſarum tergit,& carne implet.

EMPLASTRVM DE
Cruſta panis, Mon-
tagnanæ.

℞. Maſtiches
Menthæ
Spodij
Coralli rubri
Albi ana drach. vnam
Cruſtæ panis toſtæ & macera-
tæ in aceto per horam me-
diam vncias duas
Olei

Olei de Maſtiche
Citoniorum ana vnciam vnam
Farinæ hordei quantum ſufficit, fiat emplaſtrum, (aliqui parum ceræ addunt.

Confert ad vomitum puerorum, & ijs qui cibum retinere nequeunt.

EMPLASTRVM DE baccis Lauri.

℞. Thuris
Maſtiches
Myrrhæ ana vnciam vnam
Baccarum lauri vncias duas
Cyperi
Coſti ana vnciam vnam.
Mellis deſpumati quantũ ſufficit, fiat emplaſtrum.

Aliam deſcript. διὰ δαφνίδων habet Georgius Agricola libellò ſuo de peſte, quod ἐπισπάνικον eſt, & pus mouet. fol. 115.

Ventriculi, inteſtinorum, iecoris, renum, veſicæ, uteri, & partium aliarum dolorem à flatibus aut frig. intemperie ortum ſanat. Si vero ſtercus capræ aut vaccæ ſiccum pondere omnium adijcias ad hydropem aſcitem & tympanitem fit mirabile, ſed tum augendum eſt mellis pondus.

EMPLASTRVM FILII Zachariæ, ſecundum Meſuen.

℞. Ceræ flauæ
Medullæ cruris vaccæ
Adipis anatis
Gallinæ
Mucilaginis ſeminis lini ana lib. vnam
Olei lini quantum ſatis eſt, fiat emplaſtrum.
Si autem valentius facere volueris adde

Mucilaginis altheæ
Fœnugreci ana partes æquales.
Olei leucoij (pro oleo lini) q. ſ.

Adhuc valentius reddetur, ſi addantur
Mucilaginis Oeſipi
Ichthyocolæ ana quantum ſufficit.

Iuncturarum tophos ac nodos duros emollit, diſſoluit, & craſſa lentaq́; pulmonis & thoracis excrementa, ad eiectionem per ſputum magis habilia reddit.

EMPLASTRVM CEroneum, Nicolai.

℞. Picis naualis bene colatæ
Ceræ ana vncias duas, drach. tres
Sagapeni vncias duas
Ammoniaci
Terebintinæ
Colophoniæ
Croci ana vnciam vnam, drach. tres
Aloes
Thuris
Myrrhæ ana vnciam vnam
Opopanacis
Styracis calamitæ
Galbani
Maſtiches
Aluminis
Fœnugræci ana drach. ſex
Confitæ (id eſt, fecis Styracis liquidæ) Styracis rubri, F.
Bdellij ana drach. tres
Lithargyri drach. vnam ſemis

Confice ſic: Sagapenum, Galbanum, Opopanacũ, Ammoniacum gummi, aliquantulum

tulum tuſa cum vino temperentur, deinde ad mediæ partis vini conſumptionem bulliant, & vaſe ſtanneo poſito ſuper ignem, cum inceperit bullire, pix naualis bene colata addatur, & cum ſpatula bene agitetur, donec liquefiat: Liquefacta pice addatur cera, & ea liquefacta ponatur Colophonia, tum Styrax cum piſtillo calido trita fruſtratim imponatur. Poſtea Maſtiche & Olibanum, deinde Myrrha cum Bdellio, & interſallo facto, ponatur Terebinthina, & conſequenter Alumen, & Lithargyrum, ad vltimum Fœnugræcum. Et cum decoctum fuerit, fundatur ſupra aquam frigidam, & ab ea extractum, manibus exprimatur, donec tota aqua inde exeat: deinde puluis aloes ſuper marmor inunctũ oleo laurino malaxetur, poſtemum croco pulueriſato, & inunctis manibus cũ eodem oleo laurino magdaleones formentur.

Ad dolorem ſcapularum & thoracis à frigore ortum valet. Lienis duritiem emollit. Aquam inter cutem à frigida iecoris intemperie natam ſanat, & uteri vitijs ex eadem cauſa procreatis prodeſt. Lumborum, pudendorum, Veſicæ, & Renum frigus vi ſua calefaciente diſsipat. Oſsiũ fracturis & luxatis commodat. Repellit, concoquit, mollit, carneſq; procreat.

EMPLASTRVM NERuinum Vigonis.

℞. Olei Chamomillæ
Roſarum ana vncias duas

Olei

Olei Maſtichini
Terebintinæ
Lini ana vnciam vnam ſemis
Terebintinæ claræ vncias quatuor
Seui vituli caſtrati
Hircini ana vncias duas ſemis
Herbarum roriſmarini
Betonicæ
Caudæ equinæ
Centaureæ ana manip. vnum
Vermium terreſtrium lotorum & purgatorum in vino vncias tres. Coquantur ſimul in vino.
Radicum rubeæ tinctorum drachmas decem
Hyperici foliorum & ſeminis eius ana manip. vnum
Maſtiches pulueriſatæ
Gummi elemi ana drach. decem
Picis naualis
Reſinæ ana vnciam vnam ſemis
Sagapeni
Galbani
Ammoniaci ana drach. tres

Diſſolutis gummi in aceto, cum cyatho vno Vini odoriferi aliquantulum contūdantur, poſtea decoquantur & exprimantur, cui expreſſioni addantur
Lithargyri auri
Argenti ana vnc. duæ ſemis
Minij vnciæ duæ

Iterum

Iterum bulliant, imprimis lento igne baculo agitando, ignem deinde vigorãdo, bulliant donec acquirat colorẽ ſubnigrum, quo facto cũ cera noua ſufficiente, fiat emplaſtrum in bona forma.

Modus componendi talis eſſe debet, ut in ſ. q. vini odoriferi coquautur herbæ, radices & vermes, deinde exprimantur, coquatur expreſſum cum oleis ad vini conſumptionem. Deinde adijciatur Terebintina, Seuum, Maſtiche & Gummi diluti aceto, tum coquantur addendo ceram & ſub finem decoctionis Litharg. & Minium.

Emollit, digerit, reſoluit, neruoſarum partium malis cum primis vtile, & oſſium fracturis.

Modus compoſitionis eſt ut herbæ, radices rubia, & vermes terreſtres coquantur in ſ.q. vini odoriferi & oleorum ad vini conſumptionem, expreſſo adijciatur Terebinthina, Seuum, Maſtiche per ſe trita, & gummi diluti aceto, tum coquuntur ad iuſtam conſiſtentiam, addendo cerã ſufficientem & ſub finem decoct. addenda Lithargyrus & Minium. Deſcribitur à Vigone lib. 8. Antid. cap. 16.

EMPLASTRVM DE Rhabarbaro, Ioannis Manardi.

℞. Rhabarbari electi vnciam ſemis
Aloes hepaticæ vnciam vnam
Lixiuij fortis lib. vnam
Saponis Veneti lib. ſemis
Ceræ vncias duas

Decoquantur ad duritiem iuſtam.

Commendatur ad duros tumores & tophos, præſertim in morbo Gallico.

EMPLASTRVM E lapide calaminari vulgo.

ZELTEN Pflaſter.

℞. Lapidis calaminaris
Tutiæ præparatæ ana vncias duas
Terebintinæ vnciam vnam ſemis
Ceræ citrinæ
Reſinæ ana vnciam vnam
Lithargyri vnciam ſemis
Olibani
Maſtiches
Tragacanthi ana drach. vnam
Olei roſati
Mirtini ana drach. duas
Fiat emplaſtrum.

Idem ferè quod Griſeum præſtat, eadem etiam penè compoſitio.

EMPLASTRVM NIgrum, Vulgo Stich-pflaſter.

℞. Olei roſarum vncias ſeptem
Colophoniæ
Reſinæ
Picis naualis ana vncias octo
Ceræ albæ
Vitrioli Romani
Ceruſſæ
Olibani
Myrrhæ ana vncias octo
Maſtiches vnciam vnam
Olei ouorum vncias duas
Olei de ſpica vnciam vnam

Olei

Olei Iuniperi ex granis vncias tres
Mumiæ vncias duas
Terræ ſigillatæ
Sanguinis draconis ana vnciam vnam
Vitrioli albi
Corallij rubei ana vncias duas
Axungiæ ardeæ vnciā vnam
Thymali vncias tres
Lapidis magnetis præp. vncias duas
Lūbricorum pręparatorum
Camphoræ ana vnciam vnam

Fiat emplaſtrum ſecundum artem.

Valde efficax ad recentia vulnera & puncturas, vnde denominationem etiam habet.

EMPLASTRVM DIAphœnicon calidum, Meſuæ.

℞. Ceræ vncias duas
Olei roſati
Nardini ana vncias quatuor

Simul liquentur deinde
℞. Dactylorum ſiccorum numero quadraginta
Panis biſcocti drach. octo

Macer enrur in vino odorato biduum, poſtea
℞. Carnis citoniorum in vino coctorū vnciam vnam

Contundātur, & permiſceantur ſuperioribus, & adde ſubſequentia in mortario bene contuſa.

℞. Maſtiches

Thuris
Abſinthij Rom. ana drach. duas ſemis
Ligni aloes
Macis
Myrrhæ
Aloes lotæ
Spicæ nardi
Acaciæ
Galliæ moſchatæ
Trochiſcorum Ramich
Calami arom. ana drach. vnam
Labdani drach. duas
Miſce fiat emplaſtrum.

Ventriculum & Hepar firmat, ob id Lienteriam & Dyſenteriam Hepaticam iuuat. Id vero qnod frigidum dicitur, Ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementa ſuſcipiat, roborat, coctionem iuuat, ob hæc vomitum. Choleram morbum, Lienteriam, Dyſenteriam hepaticam, ut præcedens iuuat, nec multum compoſitione variant.

Cera raro venit in emplaſtra quæ admittunt Labdanum eſt .n. id ceræ loco Ambroſ. Paræus lib. 25. cap. 27. fol. 796.

EMPLASTRVM DIAphœnicon frigidum, Meſuæ.

Dactylorũ maturitati proximorum in vino auſtero coctorum vncias quinque
Panis biſcocti vnciam vnam
Carnis citoniorũ in vino auſtero coctorum vnciam vnam ſemis
Styracis calamitæ
Maſtiches
Labdani
Acaciæ
Omphacij
Florum labruſcæ
Roſarum rubearũ

Santali

Santali citrini
Trochiſc.Ramich.
Myrrhæ
Ligni aloes ana drach. 4.
Ceræ vncias quatuor
Olei roſacei vncias quindecim
Vini auſteri quantum ſufficit fiat emplaſtrum.

EMPLASTRVM DE Minio, Vigonis.

℞. Olei roſati lib. vnam ſemis
Olei mirtini
Vnguenti populeonis ana vncias quatuor
Pinguedinis gallinæ vncias duas
Seui caſtrati
Vaccini ana lib. ſemis.
Pinguedinis porcinæ vncias ſeptem
Lithargyri auri
argenti ana vncias tres ſemis
Ceruſſæ vncias quatuor
Minij vncias tres
Terebinthinæ vncias decem
Ceræ quantū ſufficit, fiat emplaſtrum ſecundum artem, tēdens ad nigredinem.

Vulnera & vlcera antiqua & maligna potenter curat. Aliud deſcribitur à Nicolao Maſſa Conſiliorum parte 2. fol. 96. cōmendatur ad vulnera pectoris penetrantia, & ad vlcera quāplurima antiqua, & difficilis conſolidationis.

ALIVD NICOLAI Maſſæ.

℞. Minij
Olei roſacei vncias viginti
Pacis naualis vncias quatuor
Bul-

Bulliant omnia ſimul donec per cocturam redigantur ad formam Cerati, deinde adde

Terebintinæ vncias duas

Miſce poſtea ſic calidũ proijce in ſitulam aquæ frigidæ et dimitte refrigerari, poſtea manibus ducatur ad optimam permiſtionem.

Ad vulnera pectoris penetrantia & ad vlcera quam plurima antiqua, & difficilis conſolidationis. Maſſa parte 2. fol. 96.

EMPLASTRVM AD Hydropem.

℞. Stercoris columbini aceto macerati . lib. vnam
Sulphuris viui vnciam vnam
Nitri vnciam ſemis
Pulueris rad. Enulæ
Baccarum lauri
Anethi
Flor. camomillæ ana drach. ſex
Sem. naſturcij drach. duas

Decoquantur omnia in vino ad conſiſtentiam adde

Mellis vncias duas
Terebinthinæ vnciam vnam ſemis
Succi Ebuli vncias duas
Iridis vnciam vnam
Farinæ fabarum vnciam vnã ſemis

Fiat emplaſtrum.

Illud etiam emplaſtrum ſub emplaſtrorum Coronidem adijcere placuit, cum adeo celebre & expetitum fuerit præceptoribus meis Patauinis, Ioan. Bap. Montano, Aloiſio Bellacatto, & alijs ad hydropem ſupra alia emplaſtra excellens, & valde probatum. Commendant id quoq; Norimbergenſes fol. 210.

CERATA.

CERATVM STOMAchale Galeni, ex Meſuæ, fol. 127.

℞. Roſarum rubearum
Maſtiches ana drach. viginti
Foliorum abſinthij drach. quindecim
Spicæ nardi Indicæ drach. decem
Ceræ mundæ vncias quatuor
Olei roſacei lib. vnam ſemis
Ceram et oleum aliquoties ex aqua roſarum lauabis, & excolata omni aqua, rurſus ad lẽtum ignem diſſoluatur, deinde alia omnia in ſubtiliſſimum puluerem trita inſpergantur.

Ventriculum & Epar roborat ac horum dolorem à frigida cauſa lenit, appetentiam excitat & coctionem iuuat, vide modum præp. apud Norimb. 212.

DIACHALCITEOS GALENI, 1. de compoſ. medic. ſecundum genera cap. 4. Palmeum vnguentũ dictum.

℞. Axungiæ porci veteris, à membranis per liquationẽ et colationem purgatæ lib. duas
Olei veteris
Lithargyri triti & creti ana lib. tres
Chalcitidis vſtæ vncias quatuor
Coquantur igne, & moueantur rudicula ex ramo palmæ recentiſſimo confecta, &

cum ferè excoctum erit,adde Tenerorum palmæ ramorũ minutim inciſorũ, & nodulo ligatorum manip.quatuor.

Coquantur ad cerati craſſitiem.vide Norimb.214.

CERATVM DE Betonica.

℞. Terebinthinæ
Reſinæ pini
Ceræ flauæ ana vncias duas
Betonicæ pul. vnciam ſemis
Maſtiches
Thuris ana drach. duas
Mumiæ drach.vnam ſemis

Miſce,fiat malagma.

CERATVM GRAtia Dei Nicolai.

℞. Terebinthinæ lib.ſemis
Reſinæ lib.vnam
Ceræ albæ vncias quatuor
Maſtiches vnciam vnam
Verbenæ
Betonicæ
Pimpinellæ ana manip.

Herbæ piſtentur,& in vino albo odorato bulliant vſq; ad cõſumptionem tertiæ partis, colẽtur, & deinde herbæ abijciãtur,ac cera, reſina & maſtiche cum colatura ponantur, & bulliant iterum, agitando donec optimè incorporẽtur, & tunc deponantur ab igne, & addatur Terebinthina, & totum agitetur bene cum ſpatula,& fiat emplaſtrum

ISIS

℞. Ceræ albæ drach. quinquaginta
Terebinthinæ drach. centum
Squamæ æris
Aeruginis
Ariſtolochiæ
Thuris
Salis Ammoniaci
Ammoniacæ guttæ
Aeris vſti ana drach. quatuor
Alumnis vſti drach. tres
Myrrhæ
Aloes
Galbani ana drach. ſex
Olei veteris vncias quinq;

Coquantur, deinde ſubigãtur manibus aceto forti lotis, ac fiant magdaleones, quos in aceto repones diebus decem. Alij addunt radicis dracontij drach. quatuor.

DIADICTAMNV SEV Sacrum Galeni.

℞. Olei veteris lib. duas ſemis
Lithargyri lib. vnam, vnciam ſemis
Aeruginis vnciam vnam
Squamæ æris drach. ſex
Colophoniæ vncias ſex, drach. duas
Pollinis thuris vnciam vnam ſemis
Ammoniaci vncias duas
Aeris vſti vnciam vnam
Diphrygis
Gentianæ ana drach. ſex
Propoleos

Aloes ana vnciam vnam
Galbani vnciam vnam ſemis
Ariſtolochiæ rotundæ
Dictamni cretenſis ana vnciã vnam, drach. duas
Ceræ drach. viginti quinq;
Confice in hunc modũ.

Lithargyrum cum oleo mixto coques tantiſper, dũ probè coierint, continenter agitando, & additis ærugine & ſquama æris, ferueant aliquãtulum, exime igni, et dum adhuc bulliunt, immitte reſinã & Ammoniacũ in aceto diſſoluta, & eo vſque mouebis, donec deferbuerint, tum ceram & æs vſtum immitte. Rurſus coquantur igne, & cũ non inficient manus exime, & adde reliqua tenuiſſimè trita, probe moueto, & confice magdaleones.

CERATVM EXPELLE Arietina, Arnoldi de villa noua:

℞. Lithargyri
Lapidis Hæmatitis
Sanguinis Draconis
Boli Armeni
Opij
Maſtiches
Ammoniaci
Mumiæ
Galbani
Thuris
Coſti
Lumbricorum ana drach. ſemis
Picis

Picis nigræ ſeu naualis
Græcæ ſeu Colophoniæ
Ceræ albæ
Rubræ ana drach. vnã.
Radicum conſolidæ maioris
Minoris
ana drach. tres
Roſarum rubearum.
Myrrhæ
Aloes ana grana decẽ & octo
Succi hypocyſtidis (alij pilam marinam)
Gallarum imaturarum
Balauſtiorum
Ariſtolochiæ rotundæ ana drach. ſex.
Viſci quercini
Terebintinæ ana drach. duas
Sanguinis hominis ruffii vnciam nouem

Ambroſ. Paræus lib. XXV. cap. XXVII. addit ol. Myrtillorum & Maſtichini ana libram ſemis aut q. ſ. vide modum componendi 797.

Conficeſic

Pellem arietinam integram cum omnibus pilis coques in aqua, donec ferè omnino diſſoluta ſit in lentorem quendam, quem colabis. Huius colaturæ ſume libram vnam. Immitte in vas nouum, in quo viſcus liquabis lento igne, rudicula ſemper agitando, inijce deinde lumbricos, poſtea ceram, terebintinam, & maſtichen, his liquatis adde gummi aceto diſſoluta, & coque ad cerati craſſitiem, poſtremo inijce, quæ terenda ſunt probè trita, probeq́; miſce, & confice magdaleones.

DIAPIPEREOS Galeni.

℞. Lithargyri argenti
Ceruſſæ ana lib. vnam
Olei communis lib. duas
Ceræ vncias ſex
Terebinthinæ vncias tres
Thuris vnciam vnam ſemis
Aluminis drach. ſex.
Piperis drach. tres

Fit in hunc modum.

Lithargyros leuiſſimè trita, coquatur ad ſolem in oleo, quæ tantiſper mouenda, donec craſſitiem habeat, nec manus inquinet, deinde additur cera & terebinthina, his liquatis inijce puluerem tenuiſſimum thuris, aluminis, & piperis, poſtremo ceruſſam tenuiſſimè pulueriſatã, ſemper mouendo, conficeceratũ ad iuſtam craſſitiem.

CERATVM SANdalinum, Meſuæ.

℞. Roſarum drach. duodecim
Sandali rubei drach. decem
Albi
Citrini ana drach. ſex
Boli armeni drach. ſeptem
Spodij drach. quatuor
Camphoræ drach. duas
Ceræ albæ drach. triginta
Olei roſati lib. vnam

Confice ſecundum artem, ut docent Norimb. fol. 214. quos Conſule.

Phlegmonas & calidas intemperies ventric. & Epatis atq; aliarum partium emendat.

CERA-

CERATVM OESY-
pi, Meſuæ.

℞. Ceræ flauæ vncias tres
Olei Chamæmelini
Irini ana vncias ſex
Maſtiches vnciam vnam
Spicę nardi drach. duas ſemis
Croci drach. vnam ſemis
Terebinthinæ vnciam vnam
Reſinæ vnciam ſemis
Oeſipi drach. octoginta.

CERATVM OESY-
pi, Philagrij.

℞. Croci drach. quinq;
Bdellij
Maſtiches
Ammoniaci
Aloes
Styracis liquidæ ana drach. ſeptem
Ceræ flauæ lib. vnam
Terebinthinæ vnciam vnam ſemis
Medullæ crucris vaccæ
Adipis anſeris ana drach. quindecim
Oeſypi humidæ lib. vnam ſemis
Olei nardini quantum ſatis

Bdellium, Ammoniacum, Aloe diſſoluantur in aqua, in qua Fœnugræcum & Chamomilla ſint macerata, poſtea alijs commiſceantur.

Iſta cerata emolliunt, digerunt tumores duros Epatis, Splenis, Vteri neruorum & aliarum parcium ſuntq; anodina. Vide Meſ. diſtinct. XI. de vnguent. & empl.

Oeſypum faciendi modum pulcherrimum, vide apud Norimb. fol. 274. Medicamentarij.

Poſt

Poſt Philagrium addiderũt nonnulli

Succi Scillæ vncias tres
Seui vitulini, drach. quin-decim
Thuris vnciam vnam
Ceræ quartaria tria, ſeu vncias nouem.

CERATVM SPARA-drappum Vigonis.

℞. Hordei
Mirtillorum
Olei roſati ana vncias duas
Vnguenti populnei vncias duas ſemis
Pinguedinis vituli
Vaccæ ana lib. ſemis
Axungiæ porci vncias quinq;
Foliorum Plantaginis
Solatri
Matris ſyluæ ana manip. duos.
Vini granatorum vncias octo

Omnia ſimul piſtentur & conquaſſentur, ac per diem naturalem permaneant, deinde bulliant ad conſumptionẽ vini, poſtremum colẽtur, colaturæ adde ſequentia

Lithargyri auri
argenti ana vncias
Minij drach. decem
Boli Armeni
Terræ ſigillatæ ana drach. ſex.

Bulliant iterum, ac bacculo agitentur, & cũ cera alba quã-tum ſufficit, fiat Sparadrappũ nigrum, addendo in fine coctūræ Cam-

Camphoræ drach.duas
Terebinthinæ vncias tres ſe-
mis. Miſce.

CERATVM MATRI-cale,vel de Galbano.

℞. Galbani præparati
vnciam vnam ſemis
Aſæ fœtidę vnciam ſemis
Myrrhæ rubeæ drach.duas
Bdellij mollis drach.vnam
Matricariæ pulueriſatæ
Arthemeſiæ ana drach.ſemis
Sem.Dauci ſcrup.vnum
Gummi diſſoluātur in aceto,
& fiat ceratum.

Vide Langij epiſt. Med.fol.963.

CERATVM CERINE Cteſiphontis.

℞. Ceræ citrinæ
Terebinthinæ
Olei antiqui
Salis nitri ana lib.ſemis
Aquæ cōmunis vncias octo.

Diſſoluatur nitrum in aqua mortario impoſita ad perfectam colaturam, poſtea ponatur ad ignem ſemper agitando cum bacculo ad perfectam coctionem, fiant maſſæ in bona forma. Cęteris quę liquari debent iniectis. Vel hac ratione paratur. Quæ liquari poſſunt liquefacimus & cum diſſoluta fuerint, nitrum ex aqua leuigatum adijciemus, idque paulatim mouentes aſſidue cauentesque ne efferueſcat.

Exiccat mirifice humores omnium corporis partium & præſertim ſcroti deſcribitur. à Gal. ϛʹ κατὰ γένη 404.

CERATVM CApitale.

℞. Sandaracæ
Thuris
Maſtiches
Ligni aloes
Santal. rub.
Roſarum rubearũ ana drach. vnam

Cum Labdano Cera & Reſina ana q. ſ. fiat
Ceratum
Ad capitis fluxiones ſiſtendas.

Quod reliquum eſt in hac Pharmacopæia, extracta tam ſimplicia quam cõpoſita, ſales artificioſos, præparationes quorundã medicãentorũ, eorumq; vires quoad eorum ætates & duratione͂, exacto delectu, collectionis te͂pore legittimo, repoſitione & duratione eorũ, itemq; adulterijs, & qualem virum pharmacopæum eſſe conueniat ſi quis ſcire velit conſulat Norimb. pharmacopæiam fol. 26. & ſequentibus Hæc tamen extracta & alia cõplura in officinis noſtris proſtant.

Xiloaloes
Aloes ſuccotrinæ
Rhabarbari
Hellebori nigri

Gentianæ
Myrrhæ
Rad. Angelicæ
Calami odorati
Catholici Theophraſti Paracelſi
Cholagogi.
Myrrhæ
Labdanum opiatum
Cnicopharmaci Andernaci

Cuius deſcriptionē quia noſtris Medicis vſitatiſſimum eſt Medic. reliquis omnib. prætetitis ſolam addere placuit, reliquorum deſcript. apud alios require.

CNICOPHARMACVM Andernaci.

℞. Medullæ ſem. Cartami vncias quatuor
Turbith albi
Fol. Senæ ana vnciā vnā ſemis
Diagridij drach. quinq;
Rhabarbari opt. vnciam vnā
Agarici Trochiſ. drach. ſex
Mannæ granatæ vncias duas ſemis
Myrobalanorum chebulorū vncias tres
Polypodij vncias duas
Zingiberis albi drach. duas

Minutim incidantur vel craßius conterantur & in vini ſpiritum ex quo pulueris confectionis Diambræ vncia per dies octo macerata fuerit, ponātur ſinanturq́ ſtare in loco calidiore diebus quatuordecim, deinde ſacculo indantur & ſub prælo valide exprimantur, poſtea id quod expreſſum eſt ampullæ infundatur & operculo impoſitum vinum extillatur, donec ad mellis ſpißitudinem perueuerit.

Eſt ad ſeroſos humores expurgandos Medicam. clemens, drach. dimidia iunioribus adultis integra ex iure vel liquore familiari, cum ſyrupi Roſacei aut Violacei ſolutiui ſemuncia diluitur potuiq; datur.

SIMPLICIA MEDICAMENTA QVAE in officinis noſtris proſtant.

Smplicium medicamentorum materiæ quædam proueniunt, uel à

- *Plantis & arboribus quarum partes ſunt*
  - *Folia* τὰ φύλλα.
  - *Flores* τὰ ἄνθη.
  - *Semina* τὰ σπέρματα.
  - *Radices* αἱ ῥίζαι.
  - *Fructus* οἱ καρποι.
  - *Succi* χυλοί.
  - *Liquores* ὀποι.
  - *Gummi* δάκρυα.
  - *Cortices* φλοῖοι.
  - *Ligna* τὰ ξυλὰ.
  - *Aromata* τὰ ἀρώματα.
- *Animalibus ut ſunt*
  - *Pinguedines* αἱ πημελαὶ.
  - *Medullæ* μυελοί.
  - *Oſſa* τὰ ὀστέα.
  - *Pili* αἱ τρίχες.
  - *Excrementa* ἀποχορήματα.
  - *Sanguis* τὸ αἷμα.
  - *Lac* τὸ γάλα.
- *Terra ut ſunt*
  - *Metalla* τὰ μετάλλα.
  - *Lapides* οἱ λίθοι.
  - *Gemmæ* οἱ λίθοι τίμιοι.
  - *Terræ* γῆ, χθὼν.
- *Mari & aquis ut ſunt*
  - *Sal.* ἅλ.
  - *Spuma ſalis* ἅλος ἀφρὸς.
  - *Bitumen* ἄσφαλτος.
  - *Spongia* σπόγγιος.
  - *Corallij* κοράλλιον.
  - *Succinum* γλέασον.
  - *Margaritæ* μαργαρίς.

STIRPES SEV Herbæ.

Abro onum ἀβρότονον.
Mas
Fœmina
Abſinthium ἀψίνθιον.
Vulgare
Acanthus uera ἄκανθος.
Acetoſa ὄξαλις.
Acetoſella ὀξὺς τρίφυλλος *Alleluia.*
Acorus herba Venerea Fumanello.
Agnus caſtus ἄγνος. *Vitex & ſalix amerina. Dicitur &* λύγος *quod maxime flexilis ſit & lenta*

lenta, Caſtus dicitur quod in Theſmophorijs ſiue Cereris ſacris fœminæ caſtitati ſtudentes eam geſtarent teſte Ariſtophane.

Adiantum ἀδίαντον Capillus Ven. à διαίνειν, quod Folium eius perfuſum non madiat.

Aiuga χαμαιπίτυς. Iua Arthrit.

Alſine ἀλσίνη morſus gallinæ

Alcea ἀλκέα.

Althea ἀλθαία. Ibiſcus Biſmalua.

Alchimilla, Pes Leonis, Stellaria.

Anagallis ἀναγαλλὶς.

Anchuſa .i. bugloſſa ſylueſtris aliqui Alcannam uocant.

Anonis ἀνωνὶς. Reſta bouis.

Anthemis ἄνθεμις Chamæmelon.

Anethum ἄνηθον.

Apium σέλινον, Herba Leonis.
Criſpum, Petroſelinum.
Eleoſelinum Dioſc: non eſt niſi.
Paluſtre Mathioli.

Artemiſia ἀρτεμισία.

Ariſtolochia ἀριστολοχία.

Arnogloſſa ἀρνόγλωσσον Plantago.

Aſarum ἄσαρον. Baccara Fumanello

Aſplenon ἄσπληνον. Ceterach. Hemionitis Scolopendrium Langius lib. 1. epiſt. 449.

Atriplex ἀτραφάξις.

Auricula muris μυὸς ὦς.

Balſamita σισύμβριον.

Baſilicon ὤκιμον.
Vulgare.
Citratum.

Bardana λάπαθον. Arction Perſonatia.

Benedicta Sanamunda.

Betonica κέστρον.
Coronaria herba Tunica.

Beta τεῦτλον.
Nigra
Alba } Mangolt.
Rubea

Blitum βλῖτον.
Maius
Rubeum } Mayer.
Album

Branca Vrſina uulgaris ſphondylium eſt.

Braſsica hortenſis κράμβη Caulis. quaſi κοράμβλη ἀπὸ ἀμβλαίνειν τὰς κόρας.

Braſsica ſylueſtris. Bonus Henricus.

Braſsica marina. κράμβη θαλασσία. ſeu Soldanella.

Borrago. Bugloſſum ueterum.

Bugloſſa, βούγλωσσον Echium

Buphthalmum Cotula non fœtida.

Burſa paſtoris.
Buxus πύξος.
Calamintha utraq; καλαμίνθη.
Carduus Benedictus.
Carduus Mariæ Subaha.
Cauda equina ἵππουρις. Equiſetum.
Caprifolium περικλύμενον Matris ſilua.
Caryophyllata.
Chamedrys χαμαίδρυς. Triſſago, Quercula.
Calamandrina.
Chamæpitys uide Aiuga. Feldt cypreß.
Chamælea χαμελαία. Mezereon. Oleaſtellus
Mathioli 1267. Zeilandt.
Centaurium μικρόν.
Chelidonium μέγα.
Cerefolium γιγγίδιον, Myrrhis.
Cichorium σέρις. Intybum ſylueſtre.
Cicuta κώνειον.
Cimæ rubi. βάτου ἀκρεμόνες.
Clematis daphnoides κληματίς. Vinca peruinca.
Vide Matthiolum 1216.
Conſolida σύμφυτον. Plinius Chamædaphnen
appellat quæ tamen à Dioſc. Chamædaphne
diuerſa eſt.
Maior.
Minor.
Sarracenica.
Regia. Delphin. ſyl.
Corallina βρύον θαλάσσιον. Muſcus marinus.
Coronopus κορωνόπους.
Craſſula. Acetabulum alterum Fuchſij.
Cretamus, Critmum herba S. Petri. Ablage
Arabib. Fumanellus.
Cuſcuta, latinis Caſſutha.
Cynogloſſum κυνόγλωσσον.
Daphnoides Laureola, eius folijs pro Mezereo
utuntur officinæ, ſemine eiuſdem pro
Coccognidio, δαφνοειδές.
Dictamnus, δίκταμνος Creticus. Pulegium cer-
uinum & noſter qui & Fraxinella.
Ebulus ἀκτῆ.
Empetron, Calciſraga, Perſoripetra
Epithymum ἐπίθυμον.
Equiſetum ἵππουρις, Katzenſchwentz.
Euphragia, Euphroſinon.
Eupatorium triplex.
Dioſcoridis Agrimonia.
Auicennæ Kunegundis herba & Origa-
num aquaticum.
Meſues, ἀγήρατον quibuſdam Campho-
rata, & herba Giulia dicta.
Fœniculum μάραθρον.
Filix Mas πτέρις.
Fœmina

Fœmina θηλύπτερις.
Oſmunda. Querna δρυόπτερις.
Filicula πολυπόδιον
Filipendula
Fraxinus μελία.
Fumaria κάπνος.
Fragaria.

Galion γάλιον.
Geniſta σπάρτιον
Geranium γεράνιον.
Gramen ἄγρωστις.

Haſtula regia ἀσφόδελος.
Hedera κίσσος.
Helix.
Arborea

Helxine ἑλξίνη. Volubilis, & Parietaria.
Hippogloſſum ἱππόγλωσσον.
Hyoſcyamus ὑοσκύαμος.
Hyſſopum ὕσσωπος.
Hormiuum ὅρμινον Sclarea. Hortenſe Orualla Gallorum, ſeu Centrum Galli.
Hypolapathum ἱππολάπαθον.
Hypericum.

Iberis ἴβερις.
Iſatis. Glaſtum ſeu Guadum

Intibum σέρις Scariola
- Hortenſe.
  - σέρις κηπευτὴ
  - Endiuia uera. πλατύφυλλος.
  - Cicorea uera στενόφυλλος.
- Caput monachi ἡδύπνοις. Taraxacon.
- Sylueſtre σέρις ἀγρία Amarago.
  - κιχώριον.
  - πικρίς.
  - Ambubeia
  - Batitoſeris Placentino.

Iua moſchata eſt Polium alterum Matthioli fol. 841.

Labrum ueneris δίψακος.
Lactuca θριδακίνη, ſatiua & Silueſtris Genſdiſtel.
Lapathum λάπαθον ἄγριον Rumex.
Lauri folia δάφνη.
Laurentiana, Conſolida media flore albo.
Lepidium λεπίδιον.
Leuiſticum ἱπποσέλινον.
Lichen λειχὴν Hepatica

Linaria

Linaria ὄσυρις.
Lingua ceruina φυλλῖτις.
Lotus urbana λότος ἥμερος.
Lupus ſalictarius. Lupulus
Magiſtrantia, Aſtrantia, Oſtrucium & Imperatoria, Vide Lobelij ſtirp. obſer. fol. 398.
Marum μάρον uerum.
Maiorana σάμψυχον.
Malua μαλάχη.
Marrubium πράσιον.
Matricaria παρθένιον.
Melilotum noſtrum eſt lotus ſylueſtris μελίλωτος.
Meliſſophyllum Meliſſa, Citrago, Apiaſtrum.
Mentha. ἡδύοσμος.
Criſpa
Rubea
Aquatica. Balſamita.
Menthaſtrum. Nepeta. Calamintha.
Mercurialis λινοζώσις utraq;.
Millefolium ςρατιώτης χιλιόφυλλος.
Muſcus βρύον. Vſnea.
Myrtus μυρσίνη.
Naſturcium κάρδαμον.
Numularia
Nymphæa νυμφαία.

Oleæ folia ἐλαία.
Ophiogloſſum Lingulaca Plinij.
Origanum ὀρίγανος.
Vulgare.
Creticum.
Orminum. Scarlea, ſeuſclarea.
Maius ſylueſtre Gallitrichum
Minus ſaluia ſylueſtris.
Parietaria Helxine.
Parthenium Cotula fœtida.
Paronychia παρωνυχία. Ruta muraria Saxifraga Empetrum Saluia uitæ.
Paris
Paſtinaca ςαφυλῖνος.
Penſaphyllon πεντάφυλλον
Perfoliata διαφυὲς.
Pes columbinus.
Perſicaria.
Perſonata ἄρκτειον. Lappa maior, & Bardana.
Perſicorum folia.
Phyllitis Scolopendria.
Phu utrumq; φοῦ Valeriana.
Polium utrumq; & Creticum
Polygonum πολύγονον.
Sanguinaria
Centumnodia } Idem Weggraß
Corrigiola
Proſerpinaca

Poly-

Polygonaton Sigillum Salom. Zweiſwurtz.
Potentilla.
Prunella.
Primula ueris. Verbaſculū odoratum. Herba paralyſis. Coſtus piperella. Herba S. Petri aut Pauli
Portulaca ἀνδράχνη.
Pulegium γλήχων
Pyrola λειμόνιον.

Quercus folia δρῦς

Ranunculus βατράχιον.
Raparum folia.
Roſa τὸ ῥόδον
Roſmarinum λιβανῶτος ςεφανωματικὴ
Ruta πήγανον.
Rubus Idæus βάτος ἰδαία.

Sabina ſeu Sauina officinis. βράθυς.
Salix ἰτέα.
Saluia ἐλελίσφακος.
Sambucus ἄκτη.
Sanicula.
Satureia θύμβρα.
Saxifraga alba σαξίφραγον
Scabioſa.
Scordium uerum.
Sedum ἀείζωον. Barba Iouis.
Sedum minus Vermicularis.
Sen folia & folliculi.
Senecio ἠριγέρων.
Serpillnm ἕρπυλλος.
Sium. Lauer. σίον.
Siſymbrium. Balſamita.
Siſymbrium Cardamine σισύμβριον καρδαμίνη, Naſturtium aquaticum & Creſcione.
Spinachia τευτλομάλαχον
Smirnium, olus atrum: non eſt Petroſel. Maced. neq; Hipposelinum, uide Matth. 775.
Solanum ςρύχνος, Solatrum.
Solanum maius manicum, ſyluaticum ſchlaff beer, Belladonna Italorum.
Sonchus σόγχος, Cicerbita.
Spina alba Bedeguard.
Spina Arabica uel Aegyptia Suhaba

Tamarix μυρίκη. Tamariſcus.
Tanacesum.
Trinitas, Epatica nob. Epimedium.
Trifolium τρίφυλλος,
Thymum θύμος
Tuſsilago, βήχιον, Vngula Caballina, Farfara.
Trichomanes τριχόμανες. Polytrichum officinarum, Stainbrech, Mathioli 925.

Verbaſcum, φλόμος,
Verbenaca ἱερὰ βοτάνη, Centrum Galli.

Veronica.
Violaria.
Vitium folia, pampini οἴναρα.
Vrtica Romana ἀκαλύφη.
Vitis alba, Bryonia ἄμπελος λευκή.
Vitis nigra ἄμπελος μέλαινα. Vua taminea.
Vincetoxicum.
Vitis viniferavera Paritenia palma. Guiland. 32.
Xanthium ξάνθιον Lappa minor.

Herbæ V. comm. emollientes.

Malua.
Althea.
Acanthus
Mercurialis.
Violaria.

FLORES.

Anethum.
Anthos. ſic appellant flores Roriſmarini.
Amaranthus.
Acacia.
Balauſtium ſylueſtris punicæ flos.
Borrago.
Bugloſſum.
Baſilicon.
Betonica.
Caryophylli noſtri de polemonij genere.
Caltha calendula. Laurentia Italorū uide Enchirid. Medicum. Vict. Trincauelij 137. fol.
Cichorium.
Cheyri Leucoium luteum & album
Chamomilla.
Crocus.
Citraria Meliſſa.
Cyanus.
Cytinus ſatiuæ punicæ flos.
Echium paluſtre, ie lenger ie lieber.
Epithymum, idem Græcorum & Arabum.
Geneſta ſpartium non eſt.
Hiacynthus, Vaccinia.
Iuncus odoratus, σχοίνου ἄνθος σχοῖνος ἀρωματικός. Squinanthum.
Labruſca οἰνάνθη flos uitis ſylueſtris.
Lauandula.
Lilium album.
Lilium conuallium. Cacalia quibuſdam.
Liguſtrum κύπρος. Alcanna, Reinwunder, Bainholtz, Mundholtz, uide Camerar. 89.
Lupuli.
Malua utraq;.
Melilotus.
Narciſſus albus & luteus.

Nymphea utraq;. Nenuphar.
Nucum iuglandium. Nucamenta κάρυα.
Origanum,
Othonnæ, Cariophylli Indici.
Perſicorum.
Prunellæ.
Papauer Album Rubrum Erraticum & uarie-
gatum.
Pœonia.
Periclymenum, Matriſſylua.
Prunorum ſylueſtrium, uide Acacia.
Roſæ.
Saliunca, Nardus Celtica quibuſdam.
Sambucus.
Stœchas Arabica & Citrina.
Spica noſtra.
Scabioſa.
Siligo
Tilia.
Verbaſcus.
Verbaſculus odoratus, Primula ueris ſeu herba
paralyſis, uide ſupra.
Violæ purpureæ.
matronales.
Flores V. Cordiales
Roſarum.
Violarum.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Meliſſæ.

SEMINA.

Abſinthij Seriphij, id eſt, ſem. contra lumbricos
Barbotina quibuſdam, alij. Santonicum, &
Cinæ.
Acetoſæ. Oxalidis.
Agni caſti.
Althææ.
Ammeos.
Amomi.
Anethi.
Aniſi.
Apij ſatiui, id eſt, Petroſel. uulgaris non
Elæoſelini.
Anthoræ.
Anguriæ.
Aquilegiæ.
Arnogloſſæ ſeu plantagi.
Aſparagi.
Atriplicis.
Bardanæ
Baſiliconis. Ocymi.
Bauciæ.

Berberorum.
Bombacis. Xyli. Coti.
Braſsicæ,caulis.
Bulbi,cepe.
Cannabis.
Bardui Benedicti & Mariæ
Carui.
Carthami.
Cerefolij.
Chermes,Coccus Baphica.
Coccignidij,fructus Thymeleæ
Coriani
Cicer candidum,ruffum,nigrum.
Cicutæ,oblongum eſt non rotundum
Cydoniorum
Citri
Citrulli.
Cumini
Cucurbitæ.
Cucumeris domeſtici & ſylueſtris.
Dauci ueri noſtri & Cretici.
Erucæ.
Erui ſeu Orobi
Fabarum.
Fœniculi. Marathri.
Fœnigræci.
Fraxini, lingua auis.
Fumiterræ. Capnios.
Geneſtæ.
Halicacabi, Alkekengi.
Hordei.
Hippoſelini, Leuiſtici noſtri.
Hyoſcyami. Alterci.
Hyſſopi.
Intybi,Endiuiæ & Scariolæ.
Lactucæ
Lathyris, Cataputia minor.
Lapathi.
Lentium,
Leuiſtici
Lini.
Lithoſpermi. Milij ſolis.
Liguſtici ueri.
Lupini.
Maluæ,
Maioranæ,
Melonum.
Milij
Meſpilorum.
Myrti. Myrtilli.
Napi.
Naſturcij,
Nigellæ,Gith. Melanthij.
Orizæ.
Pæoniæ. Neremiſch Auicennæ

Papaueris utriusq;
Paſtinacæ ſylueſtris. Dauci ſemen.
Petroſelini.
Perfoliatæ
Perforatæ, Hyperici.
Phaſioli.dolychi.
Pimpinellæ,
Portulacæ.
Porri.
Pſylij,
Rapi.
Raphani. Radiculæ
Rhois. Sumach.
Ricini, cataputia maior.
Ruſci, Bruſci.
Rutæ utriusq; domeſticæ & ſylueſtris quæ & Harmel & βήσασα Aetio.
Saxifragiæ.
Seſeleos. Maßil. Siler mont.
Seſami
Sinapi.
Staphiſagriæ. Vuæ Taminiæ.
Siliquaſtri. Capſici. Piperis Indici.
Smirnij. Macerone Italorum.
Thlaſpios,
Trifolij.
Vrticæ noſtræ & Romanæ,
Violarum.
Zeæ. Speltæ

Quatuor ſemina
- Calida
  - Maiora: Aniſi. Fœniculi. Carui Cimini.
  - Minora: Ammeot. Amomi. Apij. Dauci.
- Frigida
  - Maiora: Cucurbitæ Cucumeris, Citruli, Melonum.
  - Minora: Endiuiæ, Scariolæ, Lactucæ, Portulacæ

RADICES.

Aconiti, Lycoctoni, Lupariæ.
Acori uulgaris. Gladioli lute
Peregrini, Galangæ maioris.
Althææ Ebiſci.
Angelicæ ueræ & ſylueſtris.
Alcannæ
Allij

Apij ſatiui, Petroſelini, officinis porro uſitatæ
 ſunt Elæoſelini radices.
Ari, Serpentariæ
Aſari
Ariſtolochiæ
Aſparagorum.
Aſphodeli ueri.
Agaricum recenſetur à Gal. inter rad.
Behen utrumq; Album polemonij genus
Betæ nigræ.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Biſtortæ. Serpentaria uera non eſt.
Bryoniæ uitis albæ Dioſc. apud Gal. uero ubiq;
 pro uite nigra ut s' ὑγιεινῶν & ἀκα-
 τὰ τόπους.
Capparum.
Chamæleonis albi, Cardopatij, Carlinæ,
Centaurij magni. Rhapontici.
Cepæ.
Chelidonij.
Cichorij.
Cynogloſsi, Lycopſis eſt.
Colchici.
Conſolidæ utriuſq;.
Coſti utriuſq;.
Curcumæ Cyperi genus.
Cucumerus ſylueſt. Aſinini.
Cyclamini.
Dauci.
Dictamni uulgaris, Fraxinellæ.
Doronici noſtri & Rom. Carnabadij.
Dracontij ueri aut Ari.
Ebuli.
Elenij, Enulæ campanæ, Inulæ.
Eryngij. Iringi.
Endiuiæ.
Eſulæ, Tithymali Cypariſsij.
Ellebori utriuſq;.
Fœniculi.
Filicis.
Filipendulæ Oenanthes.
Garyophyllatæ Benedictæ.
Gentianæ.
Glycyrrhizæ.
Hermodactyli ueri.
Hemerocallis.
Hiacynthi.
Hippoſelini. Leuiſtici.
Iridis Illyricæ & communis.
Imperatoriæ. Magiſtrantiæ. Lazerpitij.
Lapathi Lapatij.
Liliorum alborum.
Mandragoræ.

Mei.

Mei. Meu. Beerwurtʒ.
Mezerei.
Morſus diaboli. Succiſæ.
Mororum celſi.
Nymphea.
Nardi Indicæ & Celticæ.
Ononis. Reſta bouis.
Palmæ
Pæoniæ.
Pentaphylli.
Petroſelini.
Peucedani.
Polipodij.
Polygonati. Sigilli Salomonis.
Pimpinellæ.
Perſonatiæ.
Petaſitis.
Phu utriusq;. Valerianæ
Pyrethri.
Raphani
Rhabarbari & Pontici.
Rhodia radix.
Rubiæ. Erithrodanum, Poculum aureum Mizaldo memorab. Cent. 5. aph. 2.
Ruſci
Satyrij.
Saxifragiæ albæ
Sarzæ parigliæ.
Sine ſeu Chinæ
Scillæ Squillæ.
Serophulariæ. Galeopſidis.
Scolymi
Siſeris
Tamaricis.
Thapſiæ.
Turbith.
Teſticuli.
Tormentillæ.
Tubera ſeu Tartuffi, Boleti.
Victorialis.
Vincetoxici, Hirundinariæ, Aſclepiadis Fuchſij quod alij negant.
Vrticæ.

V. Radices communes aperitiuæ.

Petroſelini.
Aſparagi
Fœniculi.
Apij
Ruſci.

FRVCTVS.

Amygdalæ utræq;.
Anacardia.
Arantia.

Auellanæ,

Auellanæ, nux Pontica.
Balanus myrepſica,Been
Caricæ.
Cappares.
Caßia ſiliqua.
Cibebæ, uua Illyrica.
Cydonia. Citonia uel Cotonia.
Citria mala. Medica.
Colocynthis. Coloquint.
Coni Cupreßi, galbuli.
Corni.
Dactyli. Palmæ laudantur λίπαροι φοίνικες,
id eſt, fuluæ & bene maturæ.
Gallæ, ὀμφακῖτις immatura.
Glandes.
Glandiũ caliculi ὀμφακίδες.
Limones.
Iuiubæ. Zizypha. Serica
Iuniperi baccæ ἀρκευθίδες.
Lauri baccæ δαφνίδες
Malum punicum. Granatum.
Meſpilorum nuclei.
Mora celſi.
rubi βάτινον.
Myrti baccæ. Myrtilli peregrini & ſylueſtres.
Myxa. Sebeſten.
Myrobalanorum V. genera.
Citrini. Flaui.
Chebuli. Cepuli.
Indi Nigri
Emblici.
Bellirici.
Nux Caſtanea Διὸς βάλανος.
Indica κάρυα Ἰνδικὰ
Picea, ςρόβιλοι, zirnuß.
Pinea πιτυὶς
Piſtacia πιςάκια Fiſtici.
Pontica præneſtina λεπτοκάρυον.
Regia. Iuglans. Perſica.
Vomica. Metel Arabum. alij negant
Oculi populi.
Oliuæ.
Paſſulæ, uuæ paſſæ.
Punicum malum. Granata.
Perſicorum nuclei.
Pruna Damaſc. Vngarica. Vulgaria.
Pruna Sylueſtria, Schlehen.
Siliqua ξυλέρατα. S. Ioans brott.
Thamar Indi Oxyphœnica, palmæ ſylueſtris
fructus.
Vaſcula papaueris ἀγγεῖα τοῦ μήκωνος.

SVCCI.

Succi proprie dicuntur χυλοὶ, id eſt, τῶν ὑγρῶν ἐκπιέσματα, ut ſunt.

Abſinthij

Abſinthij.
Agreſtæ Omphacij.
Agrimonij.
Apij
Arantiorum.
Acetoſæ
Anagallidis.
Berberorum.
Betæ
Betonicæ
Borraginis
Bugloſſæ.
Chelidonij.
Cichorij
Chamæmeli.
Citri.
Cydoniorum.
Eupatorij.
Ebuli.
Endiuiæ.
Fœniculi.
Fraxini
Fumiterræ.
Granatorum.
Ireos, ſeu Iridis.
Limonum.
Mercurialis.
Oleum.
Plantaginis
Roſarum
Rutæ
Sambuci
Scyllæ
Semperuiui.
Solani
Violarum.

LIQVORES ET SVCCI concreti ſeu Gummi.

Liquores ὀποὶ qui ex ſtirpe aut parte eius aliqua uulnerata, ſponte defluunt hi inſolati concreſcunt & dicuntur Gummi ſeu δάκρυα.

Acacia.
Aloe Hepatica.
  Succotrina.
  Lota.
  Roſata.
  Ammoniacum.
Aſa dulcis ὀπὸς, σίλφιον. Benzoi & Benioi.
  Fœtida. Lazer.
Bdellium.
Cancamum, Lacca.
Camphora.
Cera uirginea, propolis.

Elaterium.
Euphorbium.
Galbanum.
Gluten. Ichtiocolla.
Glyzyrrhizæ ſuccus inſpiſſatus
Gummi Arabicum.
Amygdalarum.
Cedri.
Ceraſorum.
Elemi. Oleæ Aethiop. ſeu ſylueſtris.
Hederæ
Prunorum.
Labdanum. Ledon. Ladon.
Lycium. Crocolytos Raſis lib. de peſte.
Hypociſtis.
Manna.
Maſtiche.
Myrrha.
Narcaphthum Tigname.
Opium. Aphion. Maßlach Turcarum.
Opopanax.
Pix. Græca Colophonia.
Naualis Zopiſſa.
Liquida ὑγρὰ, Bech.
Sicca ξυρὰ, Hartz.
Picebitumen, πιττάσφαλτος.
Reſina Abietis.
Cypria.
Pinus.
Piceæ
Laricis. Terebinth.
Sanguis Draconis.
Sagapenum.
Sandaraca, Vernix, gummi iuniperi.
Sarcocolla.
Scammonium. Diagrydium.
Styrax Calamithis.
Liquidus noſter.
Fucus cortex poſt expreſſ.
Rubeus quo utuntur ad ſuffitum in templis.
Tartarum.
Thus.
Tragacantha.

CORTICES.

Acaciæ.
Arantiorum.
Auellanarum.
Caſtanearum.
Citri.
Ebuli
Fraxini.
Granatorum. Sidia. Malicoriuum.

Guaiaci.

Guaiaci.
Iuglandis uiridis.
Limonum.
Mezereon.
λόνοι πιτυίδων, lignea putamina, quibus nuces
pineæ continentur.
Sambuci
Tamaricis.
Thuris.

LIGNA.

Agallochum lignum Aloes.
Aſpalatus.
Breſilium.
Ebenum.
Guaiacum.
Santalorum tria genera.
Suber ἤλλος. φέλλος.
Phylira, baſt.
Tamaricis cortex
Viſcum quercinum.
Coryli.
Pirorum.
Xylobalſamum.

AROMATA.

Caſia lignea. Xylocaſia.
Cinamomum.
Carpeſium, cubebæ.
Calamus odoratus, aromaticus.
Cardamomum utrumq;.
Caryophylli.
Cyperus, Longus & Rotundus.
Galanga maior & minor.
Macis & Macer.
Nux moſchata, μοσχοκάρυον.
Piperis tria genera.
Zedoaria. Zurumbeth Serap.
Zingiber.

SIMPLICIA EX ANI-mantibus deſumpta.

PINGVEDINES πιμελαί.

Anatis.
Anſeris.
Ardeæ.
Capi.
Canis.
Caſtrati.
Cerui.
Capræ.
Catti ſylueſtris.
Caſtoris.
Gallinæ.
Equi.

Hirci.
Hominis.
Leporis.
Lupi.
Lucij.
Muris montani.
Serpentum.
Suis ſeu porci.
Tauri.
Taxi.
Timali

ADIPES ſeu ſeuum
στέατα.

Vituli
Vrſi.
Vulpis.
Vulturis.
Cerui.
Tauri.
Hirci.

MEDVLLAE.

Canis.
Capræ.
Cerui.
Hirci.
Tauri.
Vituli.
Agni.

OSSA ET TESTAE.

Craneum humanum.
Cornu cerui ſimplex & uſtum.
Cornu capræ.
Ebur uſtum & non uſtum.
Spodium de ebore, & de Canna.
Fibri dens.
Lucij mandibulæ.
Os de corde cerui uerum.
Concha Venerea.
Teſta ſepiarum. Os ſepiæ.
Concharum, mater perlarum.
Cochlearum.
Ouorum ex quibus pulli excluſi.
Vnguis odoratus. Blatta Bizantia Arabum.
Vngula Alcis.
Aſini.
Bouis.
Capræ
Vnicornu.
Vmbilici marini ψηφίδες.
Antale. Purpura ſeu Tellina.
Dentale. Buccina ſeu Dactyli.

ALIA EX ANIMALIBVS deſumpta.

Caſtorium

Cantharides.

Cantharides
Coagulum, Leporis, Hædi.
Cancer fl. uſtus uerus.
Cancrorum oculi.
Cerui genitale.
Bombix
Erinaceus
Lepus
Vulpes — Vſta.
Lumbrici
Hirundines
Talpæ
Lana ſuccida ſeu Oeſypus.
Nidus hirundinum
Lupi Hepar, Inteſtina, Guttur, Stercus.
Pulmo Vulpis.
Pili Leporis.
Paſſer Troglodites.
Scorpij uſti.
Sanguis hirci præp.
Scincus marinus
Sericum toſtum
Stercus caninum. Album græcum.
Tunica interior ſtomacharum Gallinarum.
Galeno inutilis.
Mumia, Arabum & Raſis.

PRECIOSIORA.

Moſchus.
Zibettum.

SIMPLICIA METALLICA.

Folia Auri
Argenti
Argentum uiuum.
Arſenicum Album
Citrinum, Sandaracha Græcorum
Auripigmentum, Ochrageel.
AlumenConcretum.
Sciſsile, Iamenum Serap
Capillare τριχίτης.
Vſtum.
Gleboſum facticium noſtrum, hodie V I. genera in officinis proſtant.
Rochæ rupeum.
Plumoſum eſt Amiantus
Fex uini. Tartarum
Catinum.
Scaiolæ.
Zucharinum.
Antimonium. Stimmi. Stibium.
Alana terra Tripolis.
Aes uſtum laminæ cupri, probatur rubrum & quod tritum colore cinnabarim imitatur.
Aeris flos, ære fuſo exilit milij effigie, Kupfferkernle, Kupfferſtaub.

Squama craſſa. Kupfferſchlak.
tenuis, Kupfferbraun oder keſſelbraun.
Cadmia foßilis. Lapis calaminaris, & Climia Galmey.
Fornacum ſeu Botrytis noſtra Tutia.
Chalcitis. Vitriolum album.
Cuperoſa Vitriolum album præparatum.
Chryſocolla ex nitro foßili. Borax & Tincar.
Cinnabaris, minium factitium, ex argento viuo & ſulphure.
Ferri ſquama,
Rubigo.
Scoria ſeu recrementum.
Gypſum.
Lithargyros auri & argenti.
Medulla terræ
Mercurius ſublimatus & præcipitatus.
Hydrargyros Græcis.
Minium natiuum, Berg zinober. Dioſcoridi & Vitruuio eſt cinnabaris foßitia, ex qua fit argentum viuum in Hydria.
Minium ſecundarium, Menig: ex plumbo aut Ceruſſa in fornacibus paratur. Sandix ueterum.
Miſy in fodinis Goslariæ Geel atrament, non eſt Vitriolum Romanum.
Ochra natiua, Sil. Silbergeel.
Ochra factitia ſiue plumbaria, Pleigeel.
Plumbum nigrum plei.
candidum zin.
Plumbago μολιϐδαίνα. Galena Glantz.
Pompholix fornacum. Nil album weiſſer hüttenrauch. Nil griſeum eſt Spodos ſiue ſpodium Græcorum.
Sal: Ammoniacus.
Alkali.
Gemmeus foßilis.
Indus.
Marinus.
Sandaracha Græcorum. Reiſchgeel.
Stomoma, Chalibs.
Squama Stomomatis ex chalibe decuſſa.
Sory, atrament.
Sulphur uiuum, facticium.
Talcum, Magnetim uel Magnetidem uocant, eſtq́; ſpeculari lapidi cognatus, ab Amiantho longe differt.

TERRAE.

Ambra uera griſea, terra precioſa.
Armenia. Bolus arm. orientalis.
Lemnia. Terra ſigillata uera.

LAPIDES.

Alabaſtrites, Alabaſtrum.

Amiantus lapis. Alumen plumoſum.
Aquilæ, Aetites Geodes.
Aphroſelinus. Selinites. Specularis,
vnſer frawen eis.
Bouilli fellis.
Corallium album, & rubrum κοράλλιον,
γοργονίας
Cryſtallus.
Cyanus Cæruleus. Lapis Lazuli.
Hæmatites. Schiſtos.
Iudaicus. τηκόλιθος
Lincis. Lincurius eſt Belemnites Conrad. Geſ.
Magnes.
Pumex, κισσηρὶς.
Spongites, ſpongiæ lapis.
Thracius ſeu Obſidianus, ſchwartzer augſtein.

GEMMAE.

Adamas nullius in Medicina uſus, uenenum quibuſdam creditur quatenus excoriat.
Amethyſtus, ἀμέθυςος
Granatus. Carbunculus. Carchedonicus uel Garamanticus.
Hiacynthus. χρυσόλιθος.
Chryſolitus alius.
Iaſpis, ἴασπις.
Sarda. Carneol.
Smaragdus.
Robinus. Pyropus. Carbunculus Amethyſtizon.
Saphirus.
Cyanos fœmina, albus Saphirus.
Oſtracius, lux ſaphir.

SIMPLICIA MARI ET aquis innaſcentia,

Aſphaltos. Bitumen Iudaicum.
Bitumen. Bergwachs.
Liquidum, Naphtha, Petroleum, & oleum Medeæ Vitruuio.
Succinum, liquidi bituminis genus eſt, ἤλεκτρον, ἁρπὰξ πτερυγοφόρον.
Album, Carabe.
Citrinum, Gleſſum, Ambra.
Nigrum, Gaates.
Piſſaſphaltus πισσάσφαλτος. miſtam picem bitumine redolet.
Camphora liquidi bituminis genus, factitia in uſu tantum.
Halcyonum Spuma maris.
Halcyonium rotundum, Pila marina.
Sperma Ceti, flos maris, Ambra ſubalbida, dubitatur num ſit ἅλος ἄνθος Dioſcoridi.
Spongia, Fungus marinus.
Vniones & Margaritæ.

DE

DE PONDERIBVS ET Menſuris noſtris officinis vſitatis.

Granum σιτάριον minimum pondus eſt, quo utimur, ſumimus autem grana piperis albi, ſi alia pondera deſunt, quorum uiginti ſcrupulum, ſexaginta, drachmam conſtituunt.

Siliqua κεράτιον pendit grana quatuor.

Obolos ὀβολὸς pendit grana decem, ſeu ſcrupulum dimidium.

Scrupulus γράμμα ſeu διώβολον pendit obolos duos ſeu grana uiginti.

Dracbma δραχμὴ καὶ ὁλκὴ noſtra, Attica, Græca pendit grana ſexaginta, ſeu tres ſcrupulos, & eſt octaua pars unciæ.

Aureus Arabum & Denarius Romanus, pendit drachmam unam, & inſuper ſeptimam eius partem $\frac{3}{7}$*, circiter grana nouem, unde tres denarij tetradrachmam, & ſeptem Denarij uel Aurei conſtituunt unciam.*

Sicilicus pendit drachmas duas, quarta pars unciæ.

Sextula pendit quatuor ſcrupulos, ſexta pars unciæ.

Duella pendit octo ſcrupulos, tertia pars unciæ.

Vncia οὐγγία, ἢ δωδέκατον Duodecima pars libræ, conſtat drachmis octo, denarijs ſeptem. Idem pendit Oxybaphon Galeno.

Seſcuncia ſeu ſeſcunx, uncia una & ſemis, octaua pars libræ. idem pendit ſaba Alexandrina.

Sextans ἕκτον, ſexta pars libræ duæ unciæ.

Quadrans tres unciæ, τέταρτον quarta pars libræ.

Triens quatuor unciæ, τρίτον tertia pars libræ.

Quincunx unciæ quinq;.

Semis uel ſemiſsis, id eſt dimidium aſsis, unciæ ſex. ἡμίλιτρον.

Septunx unciæ ſeptem.

Bes uel beſsis, quaſi bis triens unciæ octo, octunx.

Dodrans unciæ nouem, demitur quadrans.

Dextans unciæ decem, demitur ſextans.

Deunx unciæ undecim, demitur uncia.

As uel Aſsis unciæ duodecim ſeu libra Romana drachmarum 96.

Libra λίτρα. Pondo triplex eſt. Publica ſeu Zygoſtatica ſeu Ciuilis pendit uncias ſedecim, drachmas 128. dicitur & μνᾶ ſeu Mina Medica. Item Attica & Aegyptiaca ſeu Alexandrina teſte Gal. κατὰ γένη in Emplaſtro Heræ & Emplaſtris uiridibus Andromachi. Mina Græcorum 100. drachmarum.

Medicinalis quæ & Romana & As duodecim uncias denarios 14. drachmas 96. pendit, & hæc eſt officinis uſitata.

Dioſcorides ἡ δὲ λίτρα ἔχει οὐγγίας ιβ, & Galenus, ἡ μὲν γὰρ λίτρα δραχμὰς ἐξ ἄγει πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα.

Marca

Marca continet uncias octo, ſeu ſedecim lotones, & hac utuntur aurifabri. Bes Romanæ libræ.

MENSVRA LIquidorum.

Libra ciuilis ſeu publica tantundem pendit, quantum dimidia uini menſura Auguſtana, quæ capit uncias ſedecim, nam integra menſura noſtra bilibralis eſt, & pendit uncias triginta duas.

Hemina Italica *eſt dimidius ſextarius* Atticus, et *pendit uncias menſurales nouem, tantundem* quoque *pendit* Cotyla Attica, *dicitur &* Hemixeſton. Vide Gal. ἀ κατὰ γένη cap. de iјs quæ Crito conſcripſit. Cotyla Italica *eſt libra menſuralis, ſeu duodecim unciæ,* Gal. *teſte* δ′ ὑγιεινῶν ϛ′.

Sextarius Atticus ὁ ξέϛης Ιταλικὸς ἢ ῥωμαϊκὸς, *continet duas heminas ſeu uncias decem & octo, id eſt, dimidiam menſuram Auguſtanam, & inſuper duas uncias.*

Chœnix, *ſextarij duo, menſura Auguſtana, & quatuor unciæ.*

Chus, χοῦς Chænices *duæ, duæ menſuræ Auguſtanæ, & octo unciæ.*

Congius *ſex ſextarios continet, id eſt, tres menſuras Auguſtanas & duodec. uncias.*

Bicongius *duodecim ſextarios, id eſt, ſex menſuras Anguſtanas, & uiginti quatuor uncias contiнebat.* Talis dictus fuit Ciceronis filius.

Tricongius *erant decem menſuræ Auguſtanæ, & inſuper quatuor unciæ.*

INDEX PHARMACORVM PRAEſcriptorum.

A.

Acetum Scilliticum. pag. 261
Aceti uariæ ſpecies
Acorus conditus vulgaris. 135
Adipes. 368
Agaricus trochiſcatus. 225
Alipta Moſchata. 245
Ambra. 58
Anacardiorum præp. 330
Aquæ ſtillatitiæ. 265
Aqua Caponis 262
Aqua fortis. 262
Aqua mercurialis. 262
Aqua ocularis. 263
Aqua vitæ. 263
Aqua Theriacalis. 269
Aromata. 366
Aromaticum caryophyllatum. 58
Aromaticum roſatum Gabrielis. 60
Aſpalathus 228,229
Athanaſia. 116
Aurea Alexandrina. 113
Auri & & Argenti folia. 78

B.

Βεϱονικὴ. 267
Benedicta laxatiua. 16
Blattæ Bizantiæ. 368
Borax. 369

C.

Caßia ſolut. 1
Chalcitis. 103
Caro viperina.
Card amomum. 15
Candelæ pro fumo. 251
Caßia extracta pro clyſteribus 251
Caßiæ fiſtulæ flores 2
Ceratum de betonica 354
Ceratum diachalciteos. 344
Ceratum diadictamnu. 355
Ceratum Diapipereos 358
Ceratum de Galbano.
Ceratum gratia Dei. 354
Cherſe .i. gummi. 68
Concha Venerea. 37
Ceratum Iſis Gal. 355
Ceratum matricale 351
Ceratum de Oeſypo. 359
Ceratum de pelle arietis. 356
Ceratum ſparadrappum Vigonis. 360
Ceratum Cerine 351
Ceratum capitale. 366
Ceratum ſandalinum 358
Ceratum ſtomachale.Gal. 351
Cnicopharmacum Andernaci 367

Condita

Condita uſitata. 159
Confectio Anacardina. 129
Confectio cordialis. Alex. Ben. 82
Confectio Liberantis. 81
Confectio ad Vermes. 28. 94
Confectio Archigenis 130
Confectio Zingiberis cocti 93
Conſeruæ uſitatæ 160
Cortices. 366
Cremor ptiſanæ 257
Crocomagma. 230
Cuperoſa vide Chalcitis.
Cyphi. 231

D.

Decocta. 253
Decoctio aperitiua cum rhabarbaro. 255
Decoctio aperitiua maior. 253
Decoctio aperitiua minor. 254
Decoctum capillorum Veneris 258
Decoctio carminatiua. 256
Decoctio epithymi. 257
Decoctio florum & fructuum 256
Decoctio myrobalanorum. 258
Decoctio pectoralis 255
Decoctio ſene. 253
Diacalaminthes Galeni 65
Diacalaminthes Meſuæ. 65
Diacarthamu Arnoldi. 21
Diacarthamu in ſolido. 28
Diacaryon. 212
Diacaſsia cum Manna. 2
Diacatholicon Nicolai. 7
Diacinamomu. 66
Diacitonium Galeni 162
Diacitonium ſimplex. 161
Diacodium Actuarij in ſolido 84
Diacodion album in ſolido 84
Diacodion Montani. 222
Diacodion ſimplex Galeni. 222
Diacoralliu Galeni. 234
Diacorum. 132
Diacuminu. 64
Diacurcuma maior. 76
Diagalanga. 67
Diahyſſopu. 72
Diaireos Salomonis 69
Diaireos ſimplex. 79
Diaireos vſitata. 70
Dialacca maior 75
Diadamaſcenum. 6
Diambra 61
Diamargariton calidum. 68
Diacorum Meſue. 134
Diamargariton frigidum 68
Diamoron compoſitum. 212
Diamoron ſimplex. 211
Diamoſchu dulce [illegible]0
Dianiſu. 63
Ditanhus. 67
Diapenidion. 85

Diaphœnicon in liquido. 11
Diaphœnicon in ſolido. 27
Diapraſsiu. 86
Diaprunum lenitiuum. 6
Diaprunis ſimplex. 6
Diaprunum ſolutiuum 10
Diarhodon abbatis. 72
Diaſatyriu, 132
Diaſcordium. 140
Diaſena. 15
Dioſpoliticon. 65
Diathamaron. 62
Diatragacanthu calidum 71
Diatragacanthu frigidum 71
Diatrion ſandalon 74
Diatrion pipereon Galeni 78
Diatrion pipereon Meſuæ. 77
Diaturbith cum rhabarbaro in ſolido, 26.
Diazingiber. 93
Diaxyloaloes. 91
Doronicum. 40

E.

Electuarium Alkermes. 142
Elect. de Baccis lauri 130
Elect. Diureticum 135
Elect. Ducis. 94
Elect. Eleſcoph in liquido. 18
Elect. Eleſcoph. in ſolido. 28
Elect. de Gemmis calidum. 89
Elect. de Gemmis frigidum. 90
Elect. contra peſtem Ferd. Imp. 90
Elect. opticum 143
Elect. pectorale. 144
Elect. Guidonis contra peſtem, ſeu Papæ. 139
Elect. Hamech. maius. 12
Elect. Indum maius. 14
Elect. Iuſtinum 96
Elect. lenitiuum Florenzolæ. 4
Elect. lenitiuum cum Manna. 5
Elect. Letitiæ Galeni. 79
Elect. Letificans Rhaſis. 79
Elect. de Ouo Maximiliani Imp. 137
Elect. Plyriſarcoticum. 76
Elect. de pſylio Montagnanæ 18
Elect. Roſatum Meſuæ 20
Elect. de Scoria ferri Rhaſis 137
Elect. de Sebeſten Montegnanæ 10
Elect. de ſucco roſarum in liquido. 20
Elect. de ſucco roſarum in ſolido. 27
Elect. Vitæ Arnoldi 141
Elect. è baccis lauri 129
Ellebori nigri præparatio. 45
Emplaſt. triapharmacon Gal. 324
Emplaſtrum album coctum 341
Emplaſtrum apoſtolicon. 340
Emplaſtrum de baccis lauri. 343
Emplaſtrum Baſilicon maius 342
Emplaſtrum Baſilicon minus. 342
Emplaſtrum è lapide calaminari. 341
Emplaſtrum ad hydropem. 352
Emplaſtrum Ceroneum. 344
Emplaſtrum de cruſta panis. 334
Empla-

Emplaſtrum Diachilon com. 326
Emplaſtrum dyachylon gummatum. 335
Emplaſtrum diachylon magnum. 335
Emplaſt.diachylon paruum. 334
Emplaſtrum diachylon ſimplex 333
Emplaſt. diaphœnicon calidum. 349
Emplaſt.diaph.frigidum. 350
Emplaſtrnm Griſeum 341
Emplſt.de Meliloto. 336
Enplaſtrum de Minio. 351
Emplaſtrum Neruinum. 345
Emplaſtrum nigrum. 348
Emplaſt.de Rhabarbaro. 347
Emplaſtrum Tetrapharmacum. 332
Emplaſtrum filij Zachariæ. 343
Eſulæ præparatio. 17
Eupatorium triplex. 75.353
Euphorbij præparatio. 51

F.

Ferri ſcoriæ præparatio. 135
Flores uſitati 357
Fructus 363
Fructus Zacharo obducti. 147

G.

Gallia Moſchata.
Gemmæ. 371
Gummi. 365

H.

Hedychroon. 232
Hellebori decoctum. 14
Herbæ uſitatæ. 352
Hiera picra cum agarico. 22
Hiera compoſita Nicolai. 22
Hiera picra ſimplex.ſeu Gal. 9
Hiera Logadij. 23
Hiera Pachij. 25
Hiera Rhaſis. 37
Hippocraticus potus. 260
Hydromel compoſitum. 260
Hydromel ſimplex. 260

I.

Infuſum Hieræ. 259
Infuſum ſeri lactis. 259
Iuleb roſatum. 211
Iuleb ex Vino. 211
Iuleb Violatum 211
Iuiubæ. 4

L.

Laccæ præparatio 75
Lac virgineum 258
Lapides abluendi. 49
Lapides 370
Lapis armenus. 16
Lapis Lazuli & eius præparatio. 16.45
Liquores concreti vide gummi 49
Ligna. 366
Lithontribon. 97
Lohoch de Caulibus 219
Lohoch de Farfara. 219
Lohoch de Papauere. 218
Lohoch paſſularum. 220

Loboch è pino. 216
Lohoch de portulaca 221
Lohoch de praſſio. 220
Lohoch de pſyllio 219
Lohoch de pulmone Vulpis. 217
Lohoch ſanum & expertum. 214
Lohoch de ſcilla compoſitum 217
Lohoch de ſucco ſcillæ. 216
Lohoch è Tragacantho. 221
Lohoch ad Aſthma. 221

M.

Manna. 6
Manus Chriſti perlatæ. 84
Manus Chriſti ſimplex. 84
Maſſa pectoralis. 57
Martius panis, ſeu paſta regia. 142
Medullæ 307
Mel anacardinum. 210
Mel emblicorum 210
Mel paſſularum. 210
Mel roſarum 209
Mel roſatum ſolutiuum 195
Mel Violarum 207
Metallica 269
Micleta. 131
Mithridatium Damocratis 110
Μιθριδάτου θηριακή. 112
Miua aromatica 180
Miua citoniorum ſimplex 179
Mumia 116
Myrobalani. 369
Mixa, vide Sebeſtenn.

N.

Nux Vomica. 138

O.

Oleum Abrotani 291
Oleum abſinthij. 281
Oleum de alcanna ſe u Cyprinum.
Oleum amigdal. amararum. 271
Oleum amigdal. dulcium. 270
Oleum anethi 277
Olea aromatica. 303
Oleum Balſami 302
Oleum Capparum. 289
Oleum caſtorei 295
Oleum chamæmeli 277
Oleum cheyri 279
Oleum citoniorum. 282
Oleum conuallij liliorum 269
Oleum coſtinum. 296
Oleum de croco 292
Oleum Enulæ 284
Oleum de Euphorbio. 295
Oleum Formicarum. 292
Oleum Hyperici. 288
Oleum Iaſminum ſeu Sambucinum 279, 280
Oleum irinum. 283
Oleum iuniperinum ex granis 293
Oleum Iuniperinum ex ligno 293
Oleum Larigneum.
Oleum de laterib. ſeu philoſ. 288

Oleum laurinum. 293
Oleum iuglandium. 272
Olenm Auellanarum. 272
Oleum nucleorum perſicorum 272
Oleum Balaninum. Oleum Ricininum 272
Oleum Carthami. 272
O leum nucis Indicæ 273
Oleum nucis moſchatæ. Oleum Sulphuis. 303
Oleum liguſtrinum. 279
Olcum liliorum alborum comp. 278
Oleum liliorum ſimplex. 277
Oleum lumbricorum 298
Oleum mandragoræ 297
Oleum maſtichinum. 282
Oleum menthæ. 283
Oleum moſchellinum. 286
Oleum myrtillorum. 285
Oleum myrtinum. 238
Oleum nardinum comp. 285
Olcum nardinum ſimplex. 285
Oleum nymphez 298
Oleum de Ouorum vitellis, 300
Oleum papaueris 267. 274
Oleum philoſophorum 294
Oleum de piperibus 299
Oleum populinum 278
Oleum ſtomachale 303
Oleum roſatum completum. 275
Oleum roſatum omphacinum 275
Oleum roſatum vulgare. 274
Oleum rutæ. 276
Oleum Sambucinum. 274
Oleum ſamſuchinum. 236
Oleum ſcorpionum compoſ. 290
Oleum ſcorp.ſimplex 290
Oleum ſpicæ 303
Oleum ex Styrace. 296
Oleum Tartari. 292
Oleum Terebinthinæ. 300
Oleum Violarum 276
Oleum Vulpinum. 289
Oleum è floribus verbaſci. 304
Oleum ranarum. Oleum vitrioli 304
Oleum de Ceraſis. 273
Oleum ex piſtaceis & pineis 273
Oleum ê granis citri
Oleum ſeſaminum. Oleum ſem. lini. 273
Oleum Hyoſcyami. 274
Orobus. 95. 230
Os de corde cerui. 79
Oſſa & teſtæ 368
Oxicroceum commune. 339
Oxicroceum Vigonis. 338
Oxymel compoſitum. 205
Oxymel diureticum. 206
Oxymel helleboratum Iuliani. 206
Oxymel ſcilliticum ſimplex. 206
Oxymel ſimplex. 204
Oxoſacchar compoſitum 195
Oxoſacchar ſimplex 194

P.

Petrolæon 304

Philonium

Philonium Tharſenſe. 118
Philonium Meſue. 118
Philonium Perſicum. 120
Philonium Romanum 119
Pignocata. 145
Pilulæ de Agarico. 32
Pilulæ aggregatiuæ Meſue. 31
Pilulæ aggregatiuæ minores 32
Pilulæ alephanginæ. 29
Pilulæ de aloe lota. 36
Pilulæ de aloe & maſtiche. 35
Pilulæ de aloe roſata. 36
Pilulæ arabicæ. 34
Pilulæ arthriticæ. 34
Pilulæ aureæ. 33
Pilulæ aſſaieret 29
Pilulæ de Bdellio. 37
Pilulæ Becchicæ. 57
Pilulæ de benedicta. 36
Pilulæ de Caſtoreo. 40
Pilulæ cochiæ 37
Pilulæ de colocynthide. 39
Pllulæ de cynogloſſa. 38
Pilulæ de Eupatorio maiores 43
Pilulæ de euphorbio. 42
Pilulæ Fœtidæ maiores. 43
Pilulæ de fumoterræ 44
Pilulæ de Hermodactilis maiores. 46
Pilulæ hieræ cum agarico. 45
Pilulæ de hiera compoſita. 46
Pilulæ de hiera ſimplici 45
Pilulæ Imperiales 47
Pilulæ Indæ 45
Pilulæ de lapide Lazuli. 49
Pilulæ lucis maiores, ſeu opticæ. 48
Pilulæ Maſtichinæ. 50
Pilulæ de mezereo 50
Pilulæ de nitro. 50
Pilnlæ de octo rebus 51
Pilulæ de opopanaco 52
Pilulæ peſtilentiales Arabum. 52
Pilulæ peſtilentiales Græcorum Ruffi. 53
Pilulæ de V. generib. myrobalanorum. 53
Pilulæ de rhabarbaro. 54
Pilulæ de ſagapeno. 56
Pilulæ ſic ſaacocolla 56
Pilulæ ſine quibus eſſe nolo. 54
Pilulæ ſtomachicæ. 55
Pilulæ de turbith aureæ. 33
Pinguedines. 367
Pleres archonticon. 78
Pomum ambræ. 249
Pomata. 251
Pondera & menſuræ 371
Potus Hipp. 260
Ptiſana. 260
Pulpæ Caßiæ ſolut. 1
Pulpa Tamarindorum 2
Pulpa prunorum 2
Puluis pro Botio. 151. *Puluis ad caſum.* 151
Puluis ad calculum. 153
Pulueres Cæſarei contra peſtem. 149

Puluis

Puluis ex cineribus Auicennæ 152
Puluis adſtringens. 154
Puluis ad dentifricia. 150
Puluis contra lumbricos. 149
Puluis ad naſalia 154
Puluis partum prouocans. 153
Puluis ſolutiuus de tribus 148
Puluis ſenæ præparatæ 148
Puluis ſternutatorius. 154
Puluis pro Epithemate cordis. 155
Puluis Stokſtaldi 147
Pulueres ad ſuppoſitoria. 148
Puluis violatus odoratus. 156
Puluis pro hulceribus gutturis. 152
Puluis Saxonicus 156
Puluis rubeus Pannonicus. 157

R.

Radices. 361
Requies Nicolai. 121
Rob de agreſta 214
Rob berberorum. Rob de cornis. 213
Rob nucum, vide Diacaryon 212
Rob ribes compoſitum 219
Rob ribes ſimplex. 213
Roſata nouella. 92

S.

Sanguinis hirci præparatio 135
Sapa 208
Sapo moſchatus 251
Saponea 211
Scammonij præparatio 10
Scoria ferri & eius præparatio 135
Sebeſten. 4
Semina 359
Semina uſualia Zacchαro obducta. 146
Serici toſtio. 16
Sief album, cum & ſine opio. 243
Sief Nardinum 249
Sief de plumbo. 248. *Sief de roſis.* 248
Sief de thure. 247. *Sief viride* 248
Species cordiales temperatæ. 93
Species groſſæ inciſæ 146
Species inciſæ ſaccharo obductæ. 145
Species ad ſuppoſitoria ſicca.
Simplicia. 352
Syrupus Abſinthiacus. 166
Syrupus acetoſitatis citri. 163
Syrupus acetoſus compoſitus. 165
Syrupus acetoſus ſimplex 162
Syrupus de ſucco acetoſæ. 164
Syrupus acetoſus diarhodon 165
Syrupus de agreſta. 164
Syrupus de arthemiſia. 167
Syrupus de Berberis 190
Syrupus de betonica compoſitus. 171
Syrupus de betonica ſimplex. 170
Syrupus de ſucco boraginis. 169
Syrupus de ſucco bugloſſæ. 167
Syrupus Byzantinus compoſitus. 169
Syrupus Byzantinus ſimplex. 168
Syrupus de Calamintha. 181

Syrupus capillorum Veneris compoſ. 173
Syrupus capillorum Ven. ſimplex. 273
Syrup. de ceterach ſiue ſcolopendrio. 199
Syrup. de ſucco Veronicæ. 170
Syrupus è ſucco rubi Idæi. 170
Syrupus de ſucco chamæmeli. 170
Syrupus de cichorio cum rhabarb. 184
Syrupus Diaſereos Andernaci. 186
Syrupus de Rhabarb. ſolutiuus 187
Syrupus de ſucco cichorij 167
Syrupus de corticibus citri. 163
Syrupus de cotoneis. 179
Syrupus de duabus radicibus. 177
Syrupus de Endiuia compoſ. 174
Syrupus de Endiuia ſimplex. 174
Syrupus de epithymo 182
Syrupus de eupatorio. 183
Syrupus de Farfara. 170
Syrupus de fumoterræ maior. 176
Syrupus de fumoterræ ſimplex. 176
Syrupus de Glycyrrhiza 196
Syrupus granatorum acetoſorum. 192
Syrupus granatorum dulcium. 195
Syrupus de Hyſſopo 196
Syrupus Iuiubinus. 198
Syrupus de Limonibus. 164
Syrupus de lupulo. 203
Syrupus Mirtinus compoſitus. 292
Syrupus de mentha maior 178
Syrupus de mentha minor 178
Syrupus ex mercuriali. 167
Syrupus Nenupharinus comp. 175
Syrupus nenupharinus ſimplex. 175
Syrupus de Papauere compoſitus. 199
Syrupus de papauere ſimplex. 199
Syrupus de pomis ſimplex. 203
Syrupus de portulaca. 200
Syrupus de praſsio. 197
Syrupus de quinq; radicibus 177
Syrupus roſatus ex infuſione ſimplex. 188
Syrupus roſatus ex roſis ſiccis. 188
Syrupus roſatus ſolutiuus compoſ. 191
Syrupus roſatus ſolutiuus ſimplex. 189
Syrupus Saporis regis 203
Syrupus de ſcabioſa. 170
Syrupus de ſcolopendrio. 203
Syrupus domeſt. ſeu de ſpina ceruina. 183
Syrupus de ſtœchade compoſitus 172
Syrupus de ſtœchade ſimplex. 171
Syrupus de Thymo 204
Syrupus de ſucco Violarum. 193
Syrupus violatus compoſitus 193
Syrupus violatus ſimplex. 192
Syrupus violatus ſolutiuus. 194
Succi. 364
Sulphuris depuratio. 58

T.

Tamarindorum pulpa 2
Theriaca Andromachi ſenioris 99
Theriaca communis. 108
Theriaca diateſſaron 108

Theriaca

Theriaca Medicorũ Rom. & Bononienſiũ. 106
Terræ. 370
Terebinthinæ coquendi modus. 231
Tragema groſſum, vide ſpecies inciſæ.
Triphera magna 322
Triphera minor 323
Triphera perſica 325
Triphera ſaracenica. 324
Trochiſci de Abſinthio 225
Trochiſci de agarico. 224
Trochiſci de agno caſto 235
Trochiſci albandal 223
Trochiſci de alkekengi 236
Trochiſci de aniſo. 227
Trochiſci Bechici albi & rubri. 246
Trochiſci becchici nigri. 246
Trochiſci de Benzoi 245
Trochiſci de berberis 238
Trochiſci de Camphora 235
Trochiſci de capparibus 229
Trochiſci de carabe 236
Trochiſci de corallio 237
Trochiſci de croco 230
Trochiſci Diaion. 240
Trochiſci diarhodon. 239
Trochiſci diaſpermaton. 239
Trochiſci de Eupatorio 226
Trochiſci de Gallia moſchata. 245
Trochiſci Hedychroi 228
Trochiſci de Lacca. 229
Trochiſci de Myrrha 228
Trochiſci Pectorales cum bolo armeno 242
Trochiſci de Roſis 240
Trochiſci ramich 240
Trochiſci de rhabarbaro 226
Trochiſci de Sandalis 243
Trochiſci de ſcilla. 233
Trochiſci de ſpodio. 241
Trochiſci de Terra ſigillata 242
Trochiſci de violis ſimplices. 244
Trochiſci de violis ſolutiui 244
Trochiſci de vipera. 234
Trochiſci de Xyloaloes. 227
V.
Vnguentum Agrippæ. 307
Vnguentum de Alabaſtro. 331
Vnguentum album camphoratum. 318
Vnguentum album ſimplex. 310
Vnguentum anodynum. 313
Vnguentum apoſtolorum. 305
Vnguentum aregon. 307
Vnguentum artanitæ maius. 315
Vnguentum aureum 323
Vnguentum ex Bdellio. 330
Vngueutum aduerſus lumbricos. 307
Vnguentum de Minio Camphoratum. 318
Vnguentum ex Calce. 314
Vnguentum de ceruſſa. 317
Vnguentum citrinum, ſiue Baſilicum 323
Vnguentum comitiſſæ 327
Vnguentum Dialtheæ comp. 322

Vnguentum dialthea ſimplex. 321
Vnguentum diapompholigos 326
Vnguentum Ægyptiacum. 323
Vnguentum Fuſcum 321
Vnguentum infrigidans Galeni 306
Vnguentum de Lithargyro 319
Vnguentum Martiaton. 309
Vnguentum mercuriale. 329
Vnguentum Nihili. 314
Vnguentum ad oculos. 314
Vnguentum pectorale. 306
Vnguentum ad pediculos. 321
Vnguentum populeon. 325
Vnguentum palmeum
Vnguentum potabile. 313
Vnguentum Roſatum Meſuæ. 316
Vnguentum de Sapone. 330
Vnguentum ad ſcabiem. 313
Vnguentum ad ſcabiem pro pueris. 323
Vnguentum ad tineam. 329
Vnguentum de tutia. 319
Vnguentum ad Vermes. 313
Vnguentum violatum. 317
Vnguentum ad Hæmorrhoidas. 331

Z.

Zingiber laxatiuum. 28
Zingiber coctum. 134
Zeltenpflaſter. 348

τῶ θεῷ δόξα.

Diuinum eſt quod labe caret, ſit criminis expers
Alterius famam qui lacerare volet.

AMPLISSIMI SENATVS AVGVSTANI DECRETVM AD MEdicos, pharmacopæos, & alios pertinens 20. Ian. Anno 1582, æditum, ex Germanico in latinum ſermonem conuerſum.

Decretum Senatus Auguſtani 20. Ianuarij, Anno 1582.

I.

MEdici Auguſtani vocationis & officij ſui memores, cõcordes inter ſe Chriſtiano more viuant, ſuũ munus diligenter exequantur.

II.

Doctrinam Hippocraticam exerceant, tueantur, alienos omnes, à Senatu etiam ablegatos auerſentur.

III.

Proinde tanquam inertes & inexpertes, omnes illi, qui abſq; theorematis & principijs doctrinæ Hippocraticæ, ratione & experientia confirmatæ medicari ſolent, excludantur.

IIII.

Ad morborum porro curationes, Medicæ quoque conſultatiões haud inutiliter adhibẽtur, quibus uti poterunt ægrotantes quibuſcunq; lubitum fuerit, ad corporis valetudinem vel præſentem cõſeruandam vel amiſſam recuperandam.

V.

In hiſce conſultationibus Collegæ Medici diligenter conferant, nec quiſquam alterum celet, quod ad reſtituendam ægri valetudinem cõmode inſtitui poſſit aut debeat.

VI.

Huiuſmodi conſultandi rationem Græci primum (ut ex Hippocrate de præceptionibus conſtat) induxerunt, quos ſubinde aliæ quoq; nationes, velut Itali, Galli, Hiſpani, Angli imitati ſunt, & Germani quidam, ita ut ad Auguſtanos et alios quoſdam defluxerit, hæc conſuetudo maxime in comicijs & frequenti peregrinorum Medicorum præſentia, inualuit.

VII.

Proinde haud nouum Italicum inuentum ut quidam ſibi falſo perſuaſerunt, iudicandum, mirandum potius hactenus fuiſſe intermiſſum, cum ut volucrem ex cantu, ſic de cuiuſque eruditione iudicare vnumquemque non admodum ſit difficile.

VIII.

Quicunq; vero citra legitimam excuſationem hiſce conſultationibus adeſſe nolunt: ij & inſcitiæ & maliciæ notam haud ſubterfugient, ut qui Hippocratico dogmati è diametro repugnent.

Nemo

IX.

Nemo propterea obligatus eſſe debet, arcana, ſecreta ſeu ut Empirici loquuntur magnalia ſua collegis patefacere, cum de Medendi methodo cuique Medico per ſe ſatis conſtet. Herophili namq; teſtimonio ipſa per ſe Medicamenta, & nihil ſunt & manus Dei ſunt ſi ad vſum cōferātur.

X.

In genere porrò ea ſint vſui Medicamēta quæ ſecura citra noxam, & ſalutaria eſſe poſſint, & quæ celeberrimorum Medicorum experientia conſtent. Auicēna etenim authore Medicina experta melior eſt, nō experta. Hippoc. quoq; tradat experiētiā periculoſā.

XI.

Chyrurgi, Tonſores, Balneatores ſui ſint officij memores, neq; extra limites vagentur, iuriſiurandi formula quæ ſingulis annis illis publice pręlegitur, contenti.

XII.

Quod ſi grauia quædā ſymptomata, circa vulnera fractu ras, cōtuſiones, lapſus ab alto, aut id genus alia contingant Medicum expertum & peritū in conſilium adhibeant, atq; eius conſilio obtemperent.

XIII.

Nulla medicamēta purgātia præparent, exhibeant aut alijs vendant, iuxta formulā iuriſiurandi. XIIII.

Medicamenta etiā illa quæ

proprie

proprie ad Medicos & pharmacopæos ſpectant, omnia miſſa faciant, ſed ea tantum tractent, quæ profeſſioni ipſorum ſunt conuenientia, veluti ſunt olea, vnguēta, emplaſtra, pulueres, aquæ ſtillaticiæ & potiones vulnerariæ dictæ.

XV.

Et quia quamplurimi nullo reſpectu legitimæ ſuæ vocationis habito, omnibus ſine diſcrimine mederi conantur, ut ſunt bullati Doctores, Deſtillatores, Hebræi, Circulatores, Sortilegi, preſtigiatores, agirtæ vtriuſq; ſexus cerdones, aut vetulæ, quę medendi operam ſubeunt, omnibus his iuxta decretū Senatus prę teritum, medendi facultas interdicatur Remedijs tamē familiaribus, quæ familiaritatis aut beneuolentiæ ergo conſuluntur, citra fraudem aut pecuniæ aucupium locus eſſe poterit, niſi iſtæ medicationes cedant in detrimentū aut noxam.

XVI.

Qui Doctoris titulo aut nomine ſuperbiunt, ſed Academiarum teſtimonia legittima proponere nequeunt, neque ſe examini ſubijcere dignantur, ſed veluti paſtores ouium lupi, ciuibus ſe paulatim inſinuant, cauendi. ut qui ſub nomine Doctoris, Medicinæ

cinæ notam inurant, & ſi poſ-
ſent eandem prorſus extirpa-
re vellent, vnde ignorantiam
ſuam produnt.

XVII.

Id quod de Chymicis po-
pularibus, qui plerumq; cer-
dones pauperes, venenatis au-
tem ſuis metallicis deſtillati-
onibus & tincturis miſeram
plebeculam decipiunt, ſenti-
endum.

XVIII.

Circumforanei ſtelliones
ſeu Agyrtæ, Empirici, Apo-
ſtatæ, Hebræi, cerdones, vetu-
læ ſeniores, quæ ægris huc vſ-
que prẹſto fuiſſe et de Docto-
rum ſecretis plurima ſe dide-
ciſſe gloriantur, reijciantur.

XIX.

Pharmacopæi ſui officij
memores falcem in Medico-
rum meſſem non immittant,
exhibendo pharmaca purgã-
tia & alia, quæcunq; ad Me-
dici munia atque officia ſpe-
ctant.

XX.

Remediorum formulas à
Medico præſcriptas atq; ipſis
creditas ſecreto cuſtodiant, ſi
plures Medici etiam peregri-
ni afforent atque prædicta-
rum formularum demon-
ſtratione opus ſit, tum illas
in apertum proferre tenean-
tur.

XXI.

Proprijs moti affectibus lucri cupidine neminem collegarum promoueant, alterutrum aut extollendo aut vellicādo. Viciſſim Medici, pharmacopæum vel hunc vel illum alteri non præferant, ægris ſubtrahant, atque ita victui ipſorum incommodent cum ſingulorum idem ſit iuſiurandum annuum, ut et officinarū viſitatio annua, quarum neq; hæc neq; illa alteri præferatur.

XXII.

Medicamentorum precia pharmacopæi ſeruent iuxta iuriſiurandi formulam, quod ſi quædam medicamenta priuata aut domeſtica præparentur, hęc iuſto precio ab ijſdem æſtimentur, cauendo ne in eodem ſuperfluitent.

XXIII.

Pharmacopæorum famuli Medicorum iuſſui diligenter obtemperent, remediorū formulas temere nō iudicēt, aut carpant, quod ſi errorem forte cōmiſſum ſuſpicentur, Medicū autorem conſulant, atq; illius ſententiam ac iudicium exquirant, quilibet enim ſuarum actionum aut ſcriptorū optimus eſt interpres, eaſdem vero medicamentorum formulas ſi æger requirat reue-

rent

renter illi eas offerat & communicet.

XXIIII.

Medicam quod ſpectat materiam, compoſita medicamenta ſingula Diſpenſatorio huic noſtro comprehenſa rite parentur, alijs tamen formulis neutiquam prætentis, veluti compoſitionibus magiſtralibus dictis, quæ pro cuiusque Medici arbitrio diſpenſata præparentur, demptis ijs quæ noxia, ſubdola, & venenoſa eſſe certo conſtat, velut Labdanum minerale dictum. Antimonium, Turpetum minerale, & reliqua medicam. purgantia mercuriata, hæc omnia in officinis nec parentur nec venalia proſtent abſque alicuius Medici autoritate & conſenſu, ne quid vulgus publicum capiat detrimenti.

XXV.

Catapotia ex Turpeto minerali a Chyrurgis quibusdam malicioſis & Cerdonibus palàm vſitata & in quibuſcumq; morbis indifferenter exhibita prorſus extermimentur, & expertis duntaxat Medicis præparanda permittantur.

XXVI.

Extracta reliqua, Deſtillata. Quintæ eſſentiæ, Olea, Sales in officinis rite parari poſ-

 ſunt,

ſunt, aut pharmacopæorum permiſſu alijs præparanda exhiberi, ita ut in omnem euentum parata proſtent.

XXVII.

Neque tamen exiſtimandũ omnia tam ſimplicia quam̃ compoſita quæ in officinis proſtant, neceſſariò per extracta, deſtillationes, aut ſublimationes parari debere, ut Chymici ſomniant, qui vnico vaſculo omnia Medicamenta complecti atque omnibus ita mederi poſſe arbitrantur.

XXVIII.

Hæc ſingula ut ritæ obſeruentur, ſingulis annis à Medicorum collegio ſenior quidã pro Decano quidam pro Vicario eligatur.

Multa renaſcentur quæ iam cecidere cadentq́,
Quæ nunc ſunt in honore.

Horatius.

AVGVSTÆ VINDELIcorum excudebat Valentinus Schœnegius.

Errata operarum incuria omiſſa ſic emenda. Cætera leuia vnuſquiſque per ſe facilè corriget.

Pag. 29. Ac Auicenna lege ab Auicenna, & iterum ac impuro lege ab impuro.
Pag. 32. lege Pil. de Agarico.
Pag. 37. ulcera & eis, lege in eis.
Pag. 41. lege ut nocentiſsima pars abeat maneat iuuantiſsima.
Pag. 42. pro iuueni lege veneni.
Pag. 48. Pil. opticæ adde Meſuæ.
Pag. 53. Pil. è V. Myrob.
Pag. 54. lege vtramq;.
Pag. 60. in Aromatico Roſato lege Caryoph. Macis ana drach. duas ſemis.
Pag. 73. pro ad, lege ana vnciam.
Pag. 85. alij lege alui profluuio.
Pag. 88. lege Daucus Creticus verus. Ibidem Elect. de Gēminis lege Gemmis.
Pag. 94. Scorpij lege ſcordij.
Pag. 120. pro quantite lege quantitate.
Pag. 121. lege ex Cordo & Meſuæ.
Pag. 148. alius auctior lege acutior.
Pag. 153. adde pulueri ad calculum. Rad. pimpinellæ ſem. Geneſtæ ana drach. ſemis.
Pag. 176. pro vicijs lege vncijs.
Pag. 179. lege Succi cydoniorum acidorum.
Pag. 190. lege 6. & vncias 8.
Pag. 194. lege conſiſtentiam.
Pag. 198. lege 160. poſt Eringium ſequetur Rhabarbarum.
Pag. 201. Acidorum ana libras quinq;.
Pag. 277. in fine folij: lege Olei pro Fit.
Pag. 303. Olea Aromatica lege.
Pag. 351. circa finem Minij adde libras duas.
Pag. 357. pro vnciam lege vncias,
Pag. 360. Argenti adde ana vncias tres.
Pag. 375. lege Boletum Cerui.
Pag. 375. Palmæ adde Chriſti.
Pag. 382. Sulphur uiuum factitium adde virgineum.
Pag. 388. gagates.

FINIS.

III